

cessitate euenient; quare & simpliciter omnia qua euenient, de necessitate euenient. Nec zo. A. à difficultate problematis se euoluit. Negat enim actum esse aliquid, vt non cogatur concede-
re ipsum esse prouisum à Deo. voluum, sive factum, vt sic in actibus liberie necessitatem ef-
fugiat, quam aliis, vt estimat, effugere non valeret. Omnia igitur entia praesentia & futura,
qua non sunt nec erunt actus, sicut opinio innuit, & opinans expresse concedit, sunt & erunt
prouisa à Deo, voluta, atque facta: quare secundum eum, de necessitate euenient, & nullus
actus est aliquid; quare non continetur, nec distribuitur sub nominibus talibus eos vel aliquid;
nec falsat hanc vanuersalem. Omnia qua euenient, de necessitate euenient. Hęc igitur vniuersali
est vera simpliciter, qui prius quolibet singulari. Item Deus vult omne agens, vel ac-
tum agere quicquid agit vel ager, sicut 22. primi, & coroll. eius cum 30. eiusdem alijsq; se-
quentibus manifestat, & maxime opera meritoria, sicut patet per 42. & 45. primi. Ipsa enim
cum sunt, sunt Deo placita & accepta; & non nouiter, sed & veteriter, sicut 23. primi monitrix;
quare per rationem positionis praetactam, necesse est omne actum agere quicquid ager, & ma-
xime opera virtuosa. Itē nulla causa secunda potest mouere vel agere sine Deo propriè cōmoue-
re & similiter coagente, sicut 4. primi & 22. ostendit, & hoc volendo, sicut 9. primi ostendit;
reverentur igitur difficultas: Qod etiam 27. nequaquam à proposito difficultate se liberat, po-
test sicut contra proximam, perspicue demonstrari. Reftant autem & aliae duas opiniones
similes: quarum 1. & 2. cum prioribus estimat, quod res futurae praescire sunt praescientia
Dei causa: Secunda vero & 29. putat, quod res futurae praescire sunt causa sine qua non divina
praescientia. Sed hęc amba falsum supponunt, nec per hoc difficultatem evadunt. Falsum sup-
ponunt, teste 15. & 16. primi lib. Nec difficultatem excludunt; Voluntas namq; diuina & eius
scientia respectu presentium & praeteritorum est necessaria, sicut & necesse est hęc esse & fuisse,
& non necessitate nouella ex presentia aut praetentione rerum, aut alia causa quacunq; terpo-
raliter, oriente propter 6. part. & 7. coroll. 1. i. & 23. cap. 1. lib. Fuit ergo voluntas Dei & eius
scientia similius necessaria ab æterni respectu omnium futurorum; quare & per 10. i. lib. om.
C. nia futura erant æternaliter aliquo modo necessario euentura. Est & 30. opinio, qua affirmat,
quod Deus scit & praescit res secundum modum illarum, necessaria necessario, & contingenter
contingenter. Nec ista opinio difficultatem evit. Si enim Deus sciat res secundum mo-
dum illarum, aut Deus sumit modum sciendi à posterioribus rebus scitis, aut ille potius mo-
dum essendi à Deo sciente & eius scientia, ac modo ipsius. Primum dico non potest propter
primum suppositionem, 3. part. & 5. coroll. 1. i. & 15. & 16. 1. lib. Potius ergo videtur è con-
tra, quod omnes res futurae scita à Deo sumat modum illi sciendi & scibilitati à Deo, à voluntate
diuina & eius scientia, sicut 14. primi libri & sequentia persuadent. Cum eniam omnis species
modus & ordo sit à Deo secundum præmissa 26. primi, & cum Deus non imponat rebus mo-
dum nisi volendo, & voluntas sua est vniuersaliter efficax, & nullo modo frustrabilis per 10. lib.
videtur quod omnes res de necessitate sunt illo modo, quo Deus voluerit ipsas esse praesentes, D
præteritas, vel futuras, praescientia cum diuina voluntas non sit in potestate aliquius causę in-
terioris, nec etiam aliquarum, sicut 8. huius ostendit. Adhuc autem si Deus sciat futura contingenter
contingenter, quomodo sciet illa necessario quando sient praesentia, in praeteritum
decurrent, sicut & illa necessario erunt tunc talia? Aut si tunc necessario sciet illa, quomodo
non necessario praescit illa, dum sunt futurae, cum ipse & sua scientia immutabiles sunt omnino
per 5. & 23. primi libri. Amplius autem & 31. opinio arbitrat, quod nemo potest
rimari aut scire istud tam abstulsum natura miraculum, & tam absconditum Dei arcanum: &
Scribentur. hęc videtur Academicorum generalis sententia pérantiqua, quam & Iohann. Sarisb. 2. Policra-
tici sui 22. in ista materia profiteri videtur; ad quam & Cicero, sicut dicit in calce vita sua, di-
uerit. Sed constat certissime quod decet, expediri, & oportet Philosophos, Theologos, & cu-
iuscunq; fidei professores aliquid sufficientius, rationabilius, aut probabilius querentibus, in-
sultantibus, & aduersantibus licet maturè & sobriè respondere. Quare & Logici, Philosophi, E
Physiologi, Ethici, & Diuini, Theologi Catholic & Ethnici circa elucidationem axiomatis
huius tam anxiæ anxiæ desudabunt: Vnde & Ammonius Armenus in Record. in lib. peri her-
menias. Arist. super vlt. 1. tractans istam materiam scribit ita: Hoc theorema ad omnes partes
Philosophiæ est necessarium; secundum mōralem Philosophiam omnino necesse est præacci-
pere, quod Non omnia sunt & sunt ex necessitate, sed sunt quedam in nobis. Quoniam enim
vt Domini operationum quārundā existentes, & in nobis existens eligere, vel non eligere quā-
dam, & operari vel non; has autem vituperabiles electionū & operationū dicimus, has autem
laudabiles. Quoniam & ad Physiologiam opportunè videtur theorema querer enim. Physi-
logus. Si omnia ex necessitate sunt que sunt, aut aliqua à fortuna & à casu; & ad Logicam
methodum

Istend: &
stabilitatis

Opinio 31^a. Sed constat certissime quod decet, expediri, & oportet Philosophos, Theologos, & cu-
iuscunq; fidei professores aliquid sufficientius, rationabilius, aut probabilius querentibus, in-
sultantibus, & aduersantibus licet maturè & sobriè respondere. Quare & Logici, Philosophi, E
Physiologi, Ethici, & Diuini, Theologi Catholic & Ethnici circa elucidationem axiomatis
huius tam anxiæ anxiæ desudabunt: Vnde & Ammonius Armenus in Record. in lib. peri her-
menias. Arist. super vlt. 1. tractans istam materiam scribit ita: Hoc theorema ad omnes partes
Philosophiæ est necessarium; secundum mōralem Philosophiam omnino necesse est præacci-
pere, quod Non omnia sunt & sunt ex necessitate, sed sunt quedam in nobis. Quoniam enim
vt Domini operationum quārundā existentes, & in nobis existens eligere, vel non eligere quā-
dam, & operari vel non; has autem vituperabiles electionū & operationū dicimus, has autem
laudabiles. Quoniam & ad Physiologiam opportunè videtur theorema querer enim. Physi-
logus. Si omnia ex necessitate sunt que sunt, aut aliqua à fortuna & à casu; & ad Logicam
methodum

Ammonius.

A methodum codem modo. Hoc enim ipsum est quod nunc queritur, si omnis contradicatio de-
termine dividit verum & falsum. Portet utrum autem theorema & ad primam Philosophiam
intendit. Quare enim & Theologus secundum quem modum gubernantur res quae in mun-
do; & si omnia determinare & ex necessitate sunt quemadmodum in perpetuis, aut sunt ali-
qua contingenter euenientia. Et nec omnino idiotica dispositio, q;is homines inuenies negligentes
meditationem de hoc theoremate. Amplius autem & 32. opinio, nondum quod scierimus
ab aliquo opinata, sed forsitan opinanda, qua & me, vt verum fatetur, aliquando renauit, ex di-
cendis fortassis probabilitate oritura, præsumet astruere, quod in omnibus rebus futuris, praesenti-
bus, atq; præteritis, respectu scientia & voluntatis diuinæ, est semper contingētia ad virtutem
libertatis & libertatis, & nulla omnino necessitas. Sed ista opinio difficultatem problematis nequaquam
quam plecans satisfacit, & etiam falsum supponit. Non plenariè satisfacit: Difficultas namq; || omnino
B. problematis ideo maximè videtur multos virgēt, quia in suis actibus liberis nulli necessitatis
superiori & priori vellet esse subiecti, sed simpliciter Domini, & liberi penitus absolute respectu
suorum actuum liberorum, habere quoq; eos in sua simpliciter libera potestate. Sed ista opinio
responsua non tribuit istud eis. Licet enim actus liber humanus futurus posset contingenter
& liberè non esse futurus, & è contra per potentiam voluntatis diuinae, hoc tamen non est sim-
pliciter, sufficiens, & antecedenter in potestate humana, cum voluntas humana in suis actio-
nibus & no actionibus vniuersis diuinam præcedentem necessariò subsequatur, nec voluntas
diuina consistat in potestate voluntatis humanæ, sicut prehabita manifestant. Adhuc autem
& omnia qua sunt, sunt, & euenient, etiam in actibus & no actibus hominum, sunt,
sunt, & euenient de aliqua necessitate ipsa naturaliter præcedente, sicut corol. secundi huius
ostendit. Amplius autem & falsum supponit. Cum enim dicit, quod in rebus futuris, praesenti-
bus, atq; præteritis respectu scientia & voluntatis diuinæ, nulla est omnino necessitas; vel in-
C. telligit, quod stante scientia & voluntate diuina respectu aliquius futuri, præsentis, vel præteriti,
potest illud non esse tale; id est, quod ista irrepugnat stantem simul Deus sit & vult hoc fore,
esse, vel fuisse, & hoc non erit, est, aut fuit; aut intelligit quod scientia & voluntas diuina, qua
sunt cause futurorum, præsentium, & præteritorum, si semper in se libera, & coegerit ad
esse pro tunc & non esse, nunquam necessaria vltimo modo ad essendum pro tunc pro mensura
quacunq; & sic consequenter ista causa ratione harū causarū. Primum dico non potest: con-
stat enim esse impossibile simpliciter & contradictione includere, Deus sit falso, & voluntas Dei
frustratur, per 10. 1. lib. Nec secundum veritatem dici potest, quoniam secundum omnes Phi-
losophos, & Theologicos rem nunc præsentiliter existente necesse est aliquo modo necessi-
tatis nunc esse, & rem præteritam præfuisse, sicut secundo huius aliquiliter tangebatur. Qui e-
nam Theologicus affirmare presumserit, qd. nullo modo est necessariū, mūdū fuisse creatum,
Christū fuisse incarnationē de virginē, natū & passū, hominē redemisse, surrexisse, ascendisse, ad
D. dextram Patris sedis atq; sedere: Praetertim cum etiā de futuris, ipso metu teste, necesse fuerit
& si impleri omnia que scripta sunt in legi Mosis, Prophetis, & Psalmis de 20. & cum per 2. &
14. 1. lib. Nulla res posterior habeat esse aut fuisse, nisi per voluntatem diuinæ; Ipsa est aliquo mo-
do necessaria respectu presenti & præteritorū. Necessario namq; consequitur. Hoc nunc est
aut fuit, ergo Deus nunc vult illud esse aut fuisse; & antecedens est aliquo modo necessariū, qua-
re & consequens. In omni namq; consequentiā formaliter simpliciter, & necessaria absolute, si en-
tecedens est necessariū simpliciter aut aliquo certo modo, & consequēs simili necessitate firma-
bitur; alioquin ex vero posset aliquoties sequi falso: sicut ergo præstia & præterita sunt aliquo
modo necessario talia, sic & voluntas volitione diuina respectu illorū; inno & magis necessaria
qua sunt illa, est enim causa necessitatis in eis. Adhuc autem & ista assertio videtur contraria sc̄riptis
Phil. i. peri heremias vlt. ostendētis cōtingētia ad vtrūlibet reperiūtū modo in futuris, non
autē in præsentib; nec præteritis, sed nec illatātē contraria. Dicitur fortassis, qd. hoc est verū re-
spectu inferiorū causarū, nō autē respectu causarū superioris seu sumarū. Sed proculdubio subtili-
us intendo apparet oppositū evidētē, qd. viz. sicut est cōtingētia ad vtrūlibet in futuris respe-
ctu inferiorū causarū; sic & est in præsentib; atq; præteritis. Nulla enim causa inferiorē cōtingētia
quicquid facere vel, nō facere in futuro, nisi Deo prius illud volēte vel nolēte, sicut 30. & 32.
2. ostendit; & simili modo cōtingētia quacunq; causa inferiorē actuā facere quicquid vel non fa-
cere in præsenti, & fecisse vel, nō fecisse in præterito quodcumq; possibiliter fieri, non fieri ab ea.
Si n. Deo vult quacunq; causam actuā facere, vel non facere quodlibet in præsenti, fecisse
vel non fecisse in præterito, de necessitate est ita per 10. 1. lib. & Deus potest contingenter sic
velie & nolle, possibilitate & contingentia necessitate omnimodo excludente, sicut opinio || a/c
severat. Sicut ergo contingit ad vtrūlibet causas legere vel non legere, sic & heri legisse vel
non legisse: contingit enim ad vtrūlibet Deum: sic velle vel nolle: & sicut contingit ad vtrūlibet
quicquid redire vel non, generare vel non pro futuro; sic edificare vel non, generare

vel non pro præterito: contingit enim ad virum liberum dicere Deum sic volle vel nolle; contingit ergo A ad virum liberum Solomonem esse virginem in præsenti & non quoniam virum genuinum; nec tamen plura fecisse, Iohannem quoque Euangelistam non esse virginem in præsenti, sed filios genuinum, & templum Solomoni fecisse cum alijs similibus infinitis. Quapropter & habet dicitur consequenter quod veritas determinata non magis repertitur in propositionibus de præsenti aut de præterito, quam in propositionibus de futuro in materia de contingentia & qualiter, sed similiiter hic & ibi, contra Philosophum ubi prius, & contra multis Philosophicos tractatores. Adhuc autem & ista opinio auctoribus totius beatitudinis beatissimam portat: non enim certitudinem scilicet aeternaliter sic essendi dicens Augustinus¹³, de Trinitate, 7, ubi de beatitudinis rebus agit. Et quod est omnia beatissima, ita semper forte certum erit: Imo secundum istam sententiam: nec beati sunt certi de beatitudine sua præterita, nec presenti: nec etiam aliquis hominum haberet certitudinem, certam scientiam, quare nec scientiam de aliquo: quia nec de aliquo futuro, præsenti, nec præterito, & rediret opinio Academicorum olim a Philosophis & Theologis condemnata, nec aliquis esset, aut esse posset certus se esse aut fuisse; aliquid agere aut regisse contra Aristotelem, Augustinum, imo & contra omnes Philosophicos, Theologicos, & vulgares Academicorum hæresi non infestos: quapropter nec aliquis tunc posset testificari de aliquo præterito, nec iurare, contra omnia iura mundi diuinam partem & humana. Posset enim Deus contingens facere de quo cuoque futuro, præterito, & præsenti circa seipsum ipsum nunquam fore, fuisse, aut esse. Secundum illa quoque sententia expediter orare ut Deum pro malis culpe & penitentia præteritis, ut faciat illa nunquam fuisse, imo & tantum expedire videtur orare pro malis præteritis, ne fuissent, quam pro malis possibilibus aut futuris, nisi Deus succurrat, ne flant. Sed quis sic orat? Quæ Ecclesia? Quæ persona? Cum Pater noster cœlestis? Cur mater nostra Ecclesia? Cur spiritus veritatis, qui omnem docuit veritatem, misericordia filios sic orat? Amplius autem creatura rationalis, angelica & humana, quæ tota est mutabilis secundum naturam in essentia & in actibus, quando habet aliquem actum etiam mutabilisum, & libertimum secundum contradictionem, necessarium est ei pro tunc quod habeat illum actum, & ille a Deus suis habet pro tunc quandam necessitatem essendi; necessitatem videlicet consequentem; quare & multo magis, ut videtur, quilibet actus Dei, cum ipse sit summe necesse est, immutabilis, stabilis atque firmus, sicut prima suppositio manifestat.

C A P. XX VI.

Tractat opinionem tricesimam tertiam famosorem ceteris, quæ affirmat quod aliquid semper fuit futurum, & adhuc est futurum; non est tamen necessarium vello modo illud unquam fuisse, aut nunc esse futurum; & quod aliquid nunquam fuit futurum, nec nunc est futurum, & possibile possibilitate omni necessitatibus opposita est illud semper fuisse, & nunc esse futurum, & de præscientia Dei correspondenter omnino. De omni tamen præterito vel præsenti dicit, quod necesse est illud fuisse, & quod necesse est Deum semper præciuisse illud fuisse futurum, vel scire illud esse nunc præsens, quod etiam necesse est Deum scire illud esse præteritum ac fuisse; & corripit eum super insufficientia responsis, eo quod a non sufficienter difficultatem euacuat.



Ræter has autem est & tricesima tertia opinio, quæ affirmat quod aliquid semper fuit futurum, & adhuc est futurum, non est tamen necessarium vello modo illud unquam fuisse, aut nunc esse futurum; & quod aliquid nunquam fuit futurum, nec nunc est futurum, & possibile possibilitate omni necessitatibus opposita est illud semper fuisse; & nunc esse futurum; & de præscientia Dei correspondenter omnino. De omni tamen præterito vel præsenti dicit, quod necesse est illud fuisse, vel esse, & quod necesse est Deum semper præciuisse illud fuisse futurum, vel sci-

C A P. 26.

De Causa Dei.

A *Re* illud esse nunc præsens, quod etiam necesse est Deum scire illud esse præteritum ac fuisse. Et hæc est communio: & famosior apud moderniores Philosophos, atque Theologos, & præcipue apud Nostrates, & quasi sola ab eis concorditer approbata. Quorum ante omnia flexis genibus cordis mei impiorum humiliter benignam patientiam charitatis (qua sua non queritur in oru) iudicium veritatis, nec irritatur si quæcumque re studierit, veritatem, sed congaudetur elucidata a quolibet veritati, omnia vera credens, & sustinens vnuersa) quarenuis si non ego, sed in me & per me spiritus veritatis aliquam veritatem præferre dignetur hinc opinioni forsitan repugnante, nullatenus amuletur, nullatenus irritetur, nullatenus intingatur, ne fortassis non mihi, sed spiritui sancto magis resistere conuincantur. Nam quicquid verum & quoque dicitur, a sancto spiritu dicitur, sicut vicelimum secundi à beato Ambrofio recitatur, sed ut vti filii charitatis congaudēant, credant, & sustineant veritatem. Non enim est medio cre periculum in scientia veritatis nolle deserere pristinam licet agitant falsitatem, sola superbia probiente. Vnde Apostolus 2. ad Thessal. 2. Charitatem veritatis non receperunt, vt falsi fuerint, & ideo nimirum illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, & ve iudicent omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitatu. Nos autem non ita, sed secundum eisdem Apostoli salubre consilium deponentes secundum præsternam conversationem veterem hominem, qui corruptitur secundum desideratoris, renouemur spiritu mentis nostre, & induemus novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis, propter quod deponentes mendaciam, loquuntur per omnia veritatem, cantando cum Propheta, Aperi te postas, & ingredierit gressu iusta custodiens veritatem: verus error abiit & recessit; credo tamen veraciter me nihil noui penitus asserturum, quod non veterum ratio & autoritas confirmabit. Placeat igitur huius opinionis ratiocinabilis charitati non obaudire, sed exaudiens benigne aliquas rationes. Primo autem videntur quod responsio huius opinionis nequaquam sufficiat; secundè, quod eius hypothesis non substat: data namque opinionis hypothesis, non sufficienter solvit difficultas. Difficultas etenim questionis propter hoc maximè mordet omnes & stimulat, quia in suis actibus liberis, nulli necessitati superiori & priori vellent esse subiecti, sed simpliciter Domini, & liberi penitus absolute respectu suorum actuum liberorum, habereque eos in sua simpliciter liberi potestate. Sed ista responsio non vitat omnimodam necessitatem, nec falliat omnimodam libertatem: Licet enim illud quod est futurum posset non esse futurum, & è contra, & illud quod est prædictum à Deo, posset esse non prædictum, & è contra; hoc tamen non est antecedenter & sufficienter in potestate nostra, nec omnia causarum inferiorum, sicut septimum, octavum, & nonum huius ostendunt. Causa enim superior, puta Deus, non sequitur questionis modo, sciendo aut volendo causas inferiores alias nec omnes, sicut decimum quintum & vicequinto primi cum suis sequentibus, ac tricelimum secundi ostendunt; sed è contra ipsæ omnes, & singulæ in omnibus suis moribus ac cessationibus D *V*niuersis voluntatem ipsius necessariò consequuntur, sicut tricesimum & tricelimum secundum secundi, ac secundum tertij cum decimo primi docent. Cum igitur per corollarium noni primi omnia futura evenient à voluntate diuina, quæ est causa prima & summa, per tricelimum secundi, & nullo modo frustrabilis, sed efficax omnique per decimum primi, nec antecedenter aut sufficienter in potestate nostra, nec causarum inferiorum aliquarum aut omnium, per octavum & nonum huius. Nullum futurum est simpliciter, scilicet sufficienter & antecedenter in nostra positum potestate, nec habemus respectu aliquius futuri omnimodam simpliciter libertatem, sed in omnibus necessariò subdimur, & seruitus necessitatibus naturaliter precedentibus, diuinæ scilicet voluntati, sicut quintum & sextum cum sequentibus huius docent.

C A P. XXVII.

*Respondet secundum sententiam Philosophorum & Theologorum,
quod omnia futura euident de quadam necessitate respectu causa-
rum superiorum, non contraria, sed consentanea libertati:*



T autem super isto, prius quam recedam, propriam sententiam proferam, imo non mei propriam, sed Patrum nostrorum communem, supposita distinctione de necessitate antecedente & consequente, secundo huius premisa; Dico quod duplex est necessitas antecedens: una penitus absoluta, & alia quodammodo respectiva; & hæc duplex, scilicet respectu aliquarum vel omnium inferiorum sive secundarum causarum, aut tantum respectu superiorum & primarum causarum, scilicet summae & primæ cause omnium, qui Deus est. Iste autem modus loquendi de causis superioribus & inferioribus potest haberi ab Augustino 6. super Genes. ad literam 22. vbi dicit, quod Ezechias secundum causas inferiores finierat vitam suam termino ab Esaiᾳ predicto, secundum alias vero causas, scilicet superiores, quæ, ut dicit, sunt in voluntate & præscientia Dei, tunc erat finitus vitam quando eam finivit. Lombardus. Lumbardus autem 2. sentent. dist. 17. de superioribus & inferioribus causis loquens, dicit superiores causas esse voluntates & potentias Dei: Glosa vero super Esaiam 38. vbi agitur de predictione mortis, & adiectionis annorum vite Ezechie, innuit eandem distinctionem, sub verbis tamen diversis, dicens, quod Deus duobus modis aliquas res considerat, scilicet secundum meritum & naturam rei, quæ dicuntur causæ inferiores, & secundum suum consilium. Consilium ergo Dei secundum eam, est causa superior, vel causas superiores complectens; causæ vero inferiores, meritum & natura. Idem modus etiam loquendi quantum ad alteram eius partem, scilicet de causis primis, seu causa prima & secundis satis ex Philosophia cognoscitur, vbi Deus vocatur treberrimè causa prima; ergo in comparatione ad posteriores & secundas, quod & satis exprimitur in propositione prima de causis. Secundum hanc ergo distinctionem videatur mihi dicendum, quod non omnia quæ euident, euident de necessitate penitus absoluta, sicut duodecimum huius probat, nec etiam respectiva, respectu scilicet aliquarum aut omnium inferiorum sive secundarum causarum, sicut 5. & 9. huius ostendunt; sed omnia quæ euident, euident de necessitate respectiva, respectu scilicet superiorum sive primarum causarum, quæ sunt voluntas & potentia summi Dei. Non est autem intelligendum, quod causæ inferiores omnes vel aliquæ, puta rationales, quantum est de se, possent agere liberè hoc velillud; & quod causa superior Deus ipse purè necessariò agat ad extra, & sic illas necessitatē ad agendum, quoniam contradictionem includeret, quod aliqua causa inferior quicquam ageret sine prima specialiter & proprie coagente, imo & naturaliter prægente, sicut vicesimum, vicesimum octauum, & tricesimum secundi probarunt; actus quoque voluntatis diuinae ad extra nulli necessitati præcedenti subjicitur, sed est solus simpliciter contingens ad virtutemlibet, & liber simpliciter libertate contradictionis, sicut docuit quartum huius. Sed intelligendum hoc modo, quod omnia quæ euident, euident de necessitate causarum superiorum, id est, omnia quæ euident, euident causaliter de potentia & voluntate Dei superioribus & prioribus naturaliter in causando alijs quibuscumque, nec est simpliciter & antecedenter potestate alicuius aut aliquarum causarum inferiorum ne omnia illa euident: vel brevius isto modo, Omnia quæ euident, euident de necessitate causa prima, necessitate scilicet agentia sine actiuitatis. seu efficacia in agendo; id est, omnia illa euident de voluntate diuina, quæ respectu omnium volutorum est non impeditibilis, nec à quovis avertibilis, quia in nullius alterius potestate, & ioco necessaria & incurabilis in causando, imo & ipsam necessitas antecedens: hoc enim rotum capitulum proximum manifestat; nec piger eius manifestationem breueri recitare: Voluntas quippe Dei est causa superior & prior naturaliter; quare quocunque futurum euident, per decimum quartum & corollarium noni primi, cum tricesimo secundi, & non frustrabilis, sed necessaria in causando per decimum primi, nec simpliciter in potestate inferioris aut inferiorum causarum per octauum huius. Quomodo namque Deus præuelle quocunque

C A P. 27.

De Causa Dei.

A quocunque futurum est positum antecedenter, sufficienter & simpliciter in cuiuscunq; alterius potestate. Imo per nonum huius nihil omnino est in nostra simpliciter libera potestate. Porro si aliquod futurum non euident est in nostra positum potestate, hoc efficiet resistendo voluntati diuinae, vel eam impediendo aut mutando, vel faciendo eam non sic præuelle, quod est contra capitulo proximo allegata: causa enim superior naturaliter acque prior non sequitur in causando inferiorem & posteriorem causam, sicut nec artifex instrumentum. Omnis quoque res inferior in actione & passione sua quocunque necessitatur quodammodo antecedenter naturaliter à voluntate diuina: ipsa enim est omnibus necessitas naturaliter antecedens, sicut secundum huius cum suo corollario manifestat. Quemadmodum igitur omnia quæ sunt, sunt, & euident in presenti, sunt, sunt, & euident de quadam necessitate hæc omnia naturaliter præcedente in voluntate diuina; sic & quæ erunt, sunt, & euident in futuro. Possunt autem hæc omnia in viam iyiogiticam rationem breuiter sic reduci: Omnia quæ euident de necessitate naturaliter præcedente, de aliqua necessitate euident: Omnia quæ euident, euident de necessitate naturaliter præcedente, quia à voluntate diuina, quæ omnibus volutis est necessitas naturaliter antecedens; ergo omnia quæ euident, de aliqua necessitate euident. Vel brevius isto modo: Omnia quæ de ista necessitate euident, de aliqua necessitate euident, demonstrata voluntate diuina: Omnia quæ euident, de ista necessitate euident; ergo omnia quæ euident, de aliqua necessitate euident. Sed quia nimis breuitas obscuritatis & dubietatis est mater, ecce ad hoc idem paululum diffusior & clarior syllogismus: Omnia quæ euident à causa, qua posita, necessariò sequitur quod euident, & cuius positio non est nec erit antecedenter in alterius potestate secundum contradictionem, euident de necessitate respectu illius causæ, ita quod non est, nec erit antecedenter in alterius potestate secundum contradictionem, quia euident; Omnia quæ euident, euident à causa huiusmodi. Adhuc autem expressius isto modo: Omnia quæ euident à voluntate diuina C hoc modo, quod illa posita, necessariò sequitur quod euident, & quod illa ponatur, non est nec erit antecedenter in alterius potestate libera secundum contradictionem, euident de necessitate respectu voluntatis diuinae, ita quod non est, nec erit antecedenter in alterius potestate libera secundum contradictionem quia euident: Omnia quæ euident, euident à voluntate diuina hoc modo predicto. Maior potest ostendit per definitionem necessitatis naturaliter præcedentis, & sui effectus secundo huius præmissam; isto vero notorio coassumto, quod effectus futurus causa quæ est necessaria in causando, & necessitas antecedens ad intellectum definitionis prædictæ non potest aliud esse antecedenter in alterius potestate libera secundum contradictionem, nisi quantum ad positionem vel non positionem causa, sicut illuminatio futura huius diaphani ab hac lucerna, est in mea libera potestate, quia possum libere amovere, vel non amovere, extinguere vel non extinguere hanc lucernam. Alter enim, scilicet quod stante rati causa sit in alterius potestate secundum contradictionem, effectum euident vel non, implicat contradictione manifeste. Implicat etenim, quod aliqua causa in necessitas naturaliter antecedens ad intellectum definitionis secundo huius præmissæ, & quod eadem ad eundem intellectum non sit necessitas naturaliter antecedens. Nam si huiusmodi causa stante, sic in alterius contradictione potestate, suum effectum nullatenus euident, ex ipsa plene polita non necessariò nec indefectibiliter sequitur causatum suum causari: ergo per definitionem prædictam illa causa non est necessitas naturaliter antecedens, quia tamen secundum hypothesin ponitur necessitas naturaliter antecedens. Minorem vero demonstratoriorum noni primi, cum decimo, & octauo istius. Amplius autem secundum præmissa: 5. & 23. secundi, voluntas diuina necessitat quodammodo quadam necessitate spontanea Angelos, hominesque beatos, & finaliter confirmatos ad beatissimum actum suum eternaliter conservandum, ad nunquam peccandum, & ad cetera quæ ad beatitudinem pertinent uiuens; quæ & tam efficax est & firma respectu omnium aliorum, sicut præhabita docuerunt, quia infinita virtus simpliciter omnianque. Verum ne in re tanta tantum quicquam videat minus sobriæ sapere, perperam agere, aut temere affirmare, ecce maiorum meorum magna & conuenientia testimonia ad hoc ipsum. Dicit siquidem sapiens Ecclesiastici 42. Cognovit Dominus Eccl. omnem scientiam, & inspexit in signum ævi, arinuntians quæ præterierunt & quæ iuperuenientia sunt, reuelans vestigia occulorum: non præterit illum omnis cogitatus, & non abscondit se ab eo illus sermo; Magnalia sapientiae sue decoravit, quæ est ante faciem & usque in seculum, neque adiectum est, neque minuerit, & non egredi alicuius consilio. Quam desiderabilis sunt omnia operarius, & tanquam scientia quæ est considerare! Omnia hæc vivent, & manent in seculum, & in omni necessitate omnia obaudient ei. Vnde & Augustinus 6. super Genes. ad literam 21. loquens de factione primi hominis de limo in ætate virili, sic ait; Manifestum

nifsum est sic non factu esse hominem, contra quod erat in illa prima conditione, causam A scilicet inferiorum, quia ibi erat etiam sic fieri posse, quamvis ibi non erat ita fieri necesse. Hoc enim non erat in conditione creature, sed in beneplacito Creatoris, cuius voluntas rerum est necessitas. Et cap. 22. Est quippe in natura huius iuueni ut senescat, sed utrum hoc sit etiam in Dei voluntate nescimus; sed nec in natura est, nisi in Dei voluntate prius taliter, & utique occulta est ratio senectutis in corpore iuueni: Neque enim oculus cernitur, sed alia quadam notitia colligitur: occulta ergo est ista ratio, qua sit ut hoc esse possit, sed oculis, iuuent autem non est occulta; utrum autem hoc etiam necessite sit omni modo nescimus, & illam vero, quia sit esse possit, in natura ipsius corporis nouimus; illam vero, qua sit, ut necessite sit, manifestum est illuc non esse; sed fortassis in mundo est ut necessite sit istum senescere: si autem nec in mundo est, in Deo est; hoc coiu necessarij futurum est quod ipse vult, & ea vere futura sunt quae ille praescivit. Nam multa secundum inferiores causas futura sunt, sed si sunt in praesentia Dei, vere futura sunt; si autem ibi aliter sunt, ita potius futura sunt, sicut ibi sunt, ubi B qui praescit, falli non potest. Nam futuræ dicitur tunc iuuentus in senectute; sed tamen futura non in iuuentute est, tunc moriturus est: hoc autem ita erit, sicut se habent aliae causa sua in mundo contextæ, tunc in Dei praesentia reseruantur; Nam secundum quasdam futurorum causas moriturus est Ezechias, cui Deus addidit quindecim annos ad vitam; id utique faciens, quod ante constitutionem mundi se factum est praesciebat, & in sua voluntate seruabat; Nec illi additi res & ceterentur, nisi ad aliquid adderentur, quod se aliter in alijs causis haberet; secundum alias igitur causas inferiores iam vitam finierat; secundum illas ac omnia quæ sunt in voluntate & praesentia Dei, qui ex eternitate nouerat quid illo tempore facturus erat, & hoc vere futurum erat, tunc erat finitus vita quando finiuit vitam; quia tunc oranti concessum est, etiam sic cum oratorum, ut tali oratione concedi oportet, ille utique praesciebat, cuius præscientia falli non poterat: & ideo quod praesciebat, necessarij futurum erat. **Lumbardus** etiam 2. tentat. distinet. 18. allegat Augustinum dicentem, ut mulierem fieri de costa viri C Ambrosius. necesse forer, non in rebus conditam, sed in Deo absconditum erat, & potest sententialiter elici ex g. super Gen. ad literam 28. Item Ambrosius super illud ad Rom. 9. vi secundum electionem propositum Dei maneret, &c. In illo, inquit, quem elegit, propositum Dei maneret, quia aliud non potest eueniire quam sciuit & proposuit in illo, ut salute dignus sit; & in illo quem spernit, simili modo manet propositum quod proposuit de illo, quia indignus erit. Idem super illud 1. Cor. 7. Quid enim scis mulier, si virum saluum facias? &c. Hoc, inquit, dicit quia forte possunt credere, sicut utique diuinitus Dominus, diuinitus Dominus ut utique quando saluerit, hoc est, scit quando potest credere, & sustinet illum. Item B. Cypr. epist. 3. initulata De lapis, sic ait; Cum corona martyrij de Dei cognitione descendat, nec possit accipi nisi fuerit hora sumendi, quisquis in Christo mactans interim cedit, non fidem denerat, sed tempus expectat. Item 1. Esdr. 5. Oculus Dei eorum factus est super fenes Iudeorum, & non potuerunt inhibere eos. Hanc etiam necessitatem secundum causas superiores praedictam tam non faciendo, quam etiam faciendo, beatus Iob diuersis locis evidenter ostendit. Quinto namque capitulo loquens de Deo, sic ait, Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint impiere manus eorum quod cooperant. Et infra 14. Breves dies hominis sunt, Numerus mensum eius apud te est: & ut ostendat quomodo sit apud cum, quia per modum necessitatis praedictæ subiungit Constituti terminos eius, qui præteriti non poterant. Et inferius 23. Nemo auertere potest cogitationes eius; & Anima eius, quodcumque voluit, hoc fecit. Super primum autem istorum B. Greg. 6. Moral. 12. ita dicit, Superne voluntati cognitæ debet nostra actio deuotè famulari, & quasi ducem sui itineris persequi, ne ei etiam nolens seruat, si hanc superbis declinat: vitari enim vis superni consilij nequaquam potest. Cui & satis concordat illud Tob. 3. Non est in hominis potestate consilii tuu: & illud Es. 14. Dominus exercituum decrevit, & quis poterit infirmare? & illud Ierem. 47. de murecone Domini non potente quiescere, cu Dottinus præcepti ei motu vindictæ, sicut 32. primi plenius E allegatur. Et illud supra eiusdem 10. Scio, Domine, quod non est hominis via eius, nec viri est utraque & dirigat greuuus suos: **Glossa**, Erubescant qui aiunt utrumque suo regi arbitrio: Non est enim hominis via eius: Vnde David, A Domino gressus hominis diriger: & Parab. 20. A Domino diriguntur gressus viri: **Glossa**, Non libertate arbitrij. Nec potest quis exponere ista de bonis suis seu gressibus bonis tantum, sicut 32^{mo}. primi ostendit. Super secundam vero autoritatem Iobi premissam B. Gregorius 12. Moral. 1. dicit, quod in projectu virtutum homo conatus bonus apprehendere, & non valer quia omnipotens Deus terminos constituit homini qui præteriti non poterant, sicut 46^{mo}. primi plenius allegavit: qui & infra eiusdem 16. super illud Iob 15. Antequam dies eius impleantur, peribit,

A Sic ita: Præfixi dies singulis ab interna Dei præscientia, nec augeri possunt nec minus, nisi contingat utita prescientur, ut aut cum optimis operibus longiores sint, aut cum pessimis breviores; sicut Ezechias augmentum dierum meruit impensione lachrymarum. Sed ne quis credat Gregorium affirmare, præordinationem seu præscientiam Dei à futuris operibus dependere, audiat cum supra eiusdem 1. de codem Ezechia dicentem, per Prophetam Dominus dixit quo tempore mori ipse merebatur, per largitatem vero misericordie illo cum tempore ad mortem diffinit, quod ante faciula ipse praecivit. Nec Propheta igitur fallax, qui a tempus mortis innotuit, quo vir ille mori merebatur; nec **dominica** statuta consulta diuina sunt, quia ut ex largitate Dei anni vita crescerent, hoc quoque ante facula præfum fuit, atque spem vita quod inopinata foris est additum, sine augmentatione præscientia fuit intus statutum. Idem quoque 16. Moral. 4. super illud Iob 22. Qui sublati sunt ante tempus suum, sic ait; **Omnipotens** Deus illud tempus vniuersusque ad mortem præcit, quo eius vita terminatur, nec in alio tempore quisquam morti poterit nisi ipso quo moritur. Nam si Ezechias anni audit ad vitam quindecim memorantur, tempus quidem vita crevit ab illo termino quo mori ipse merebatur. Nam diuina dispositio eius tempus tunc præciuit, quo hunc postmodum ex præse tunc vita subtraxit. Cum ergo ita sit, quid est quod dicitur, quia iniqui sublati ante tempus suum, nisi quod omnes qui præfentem vitam diligunt longiora sibi eiusdem vita spacia promittunt? Sed cum eos mors superueniens à presenti vita subtrahit, eorum vita spatio, quæ sibi longiora quasi in cogitatione tendere consueverant, intercidit. Idem adhuc infra eiusdem 15. super illud Iob 23. Superioris allegatum, Nemo auertere potest cogitationes eius, sic ait; De cuius mox immutabilitate apte subiungitur, Et nemo auertere potest cogitationes eius: sicut enim immutabilis natura est, ita immutabilis cogitatione; cogitationem quippe eius nullus auertet, quia **nemo** resistere occultis eius iudicis permaneat. Nam etsi fuerint quidam, qui deprecacionibus suis eius cogitationem auertisse viderentur, ita fuit eius interna cogitatio, ut sententiam illius auertere depreceando potuerint, ac ab ipso accepte quod agerent apud ipsum. Dicat ergo, & nemo auertere potest cogitationem eius, quia sententia in iudicia mutari nequaquam possunt: vnde scriptum est, Proceptum posuit, & non præteribit; & rursus, Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt: & rursus. Non enim cogitationes meæ sicut cogitationes vestrae, neque via meæ sicut via vestra. Cum ergo exterius mutari videret sententia, interior consilium non mutatur, quia de unaquaque se immutabiliter intus constitutus, quicquid fortis mutabiliter agitur. Nec debet quenquam mouere quod dicit, Diuina sententiam deprecationibus posse auerti: hoc enim fortis exponitur 25. primi; & quia hic dicit quod Dei cogitatio, iudicia, & consilium mutari non possunt, sicut & sapientia eiusdem 4. super autoritatem Iob 22. premissem dicit, Deum plenius mutare sententiam, consilium autem nunquam. Hanc etiam sententiam planissime testatur eiusdem autoritas 27. Moral. 22. quam 30. secundi plenius allegavit. Itam quoque necessitatem futurorum secundum causas superiores, non secundum causas inferiores ostendit Anselmus De concordia, sub alijs tamen verbis. Ostendit enim futurâ modo eueniere ex necessitate, & alio modo ex libertate; quia scilicet respectu voluntatis diuinae necessitatem evenerit, respectu vero voluntatis creatæ nequaquam & quia apud Deum, & in eternitate sunt immutabiliter constituta, sed apud creaturam, & in tempore metaboliter: vnde capit. 2. Sic ait, inquit, necesse est esse quicquid Deus vult, ita esse necesse est quod vult homo in his quæ Deus ita subdit humanæ voluntati, ut si vult, faciat; si non vult, non faciat. Quoniam enim quod Deus vult, non potest non esse, cum vult hominis voluntatem nulla cogi vel prohiberi necessitate ad volendum vel nolendum, & vult effectum sequi voluntatem, tunc necesse est voluntatem esse liberam & esse quod vult: Et infra, Opus voluntatis cui datum est, ut quod vult sit; & quod non vult non sit, voluntarium sive spontaneum est, quodnam spontanea voluntate sit, & bifurcam est necessarium quia voluntate cogitur fieri, & quod sit non potest simul non fieri: Qui & infra 3. ita dicit; Nulli prohibetur aliquid scribi vel praesciri à Deo in nosris. Anselmu. voluntariis & actionibus fieri aut futurum esse per librum arbitrium, ut quamvis necesse sit esse quod sit vel præsit, multa tamen sint nulla necessitate, sappellat inuitu, sed libera voluntate; nempe quid mirum si hoc modo aliquid est: ex libertate scilicet respectu nostri, & ex necessitate scilicet respectu diuinitatis præscientia sua scilicet; cum sint quæ recipiunt opus sua diuina ratione, scilicet id est, adire & abire respectu diuersorum locorum? Et sequitur, Si ei de per hoc quod de nominis dicit Iob deo, Constituit terminos eius qui præteriti non poterunt, vnde aliquis ostenderet, quia nullus poterit accelerare vel differre diem in qua moritur, quamvis illuc quando habet videatur alius facere ex libera voluntate vnde moritur, non est quod obiectatur contra hoc quod lupia diximus. Nam quoniam Deus non fallitur, nec vi- deat.

det nisi veritatem, sive ex libertate, sive ex necessitate eveniat, dicitur constituisse apud sc. A immutabiliter, quod apud hominem priusquam fuit, mutari potest. Tale etiam est quod Paulus Apôst. de his qui secundum propositum vocati sunt Sancti, dicit, Quos prædicti sunt, & prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus: Quos autem prædestinavit, hos & vocavit, & quos vocavit, hos & iustificavit, & quos iustificavit, illos & magnificavit. Hoc quippe propositum secundum quod vocati sunt Sancti in æternitate, in qua non est præteritum vel futurum, sed tantum praesens, immutabile est; sed in aliis hominibus ex libertate arbitrii aliquando est mutabile. Sicut enim quamus in æternitate non fuit aliquid, aut erit aliquid, sed tantum est, & tamen in tempore fuit, & erit aliquid sine repugnancia; ita quod in æternitate mutari nequit, in tempore aliquando per liberam voluntatem antequam sic esse mutabile probatur absque inconvenientia. Ut autem ostenderet idem Apôstolus, non illa verbale pro temporali significatione possit, illa etiam quae futura sunt præteriti verbo temporis pronuntiavit: Nondum enim quos prædicti adhuc nascituros, sic tam temporaliter vocavit, iustificavit, [magnificavit]. Vnde cognoscet eum propter indigentiam verbi signantis æternam presentiam vobis esse verbo præterita significationis; quoniam que tempore præterita sunt, ad similitudinem æterni præsens omnia immutabilia sunt; in hoc siquidem magis similia sunt æterno præsenti temporaliter præterita quam præsens, quoniam que ibi sunt, scilicet in æternitate, nunquam possunt non esse præsenta, sicut temporis præterita non valent in quantum non esse præterita; præsens vero tempore, omnia que transirent, sunt non præsenta. Et capit. 4. subiungit, Hoc ergo modo, quicquid de his quae libero sunt arbitrio velut necessarium sacra Scriptura pronuntiat, secundum æternitatem loquitur, in qua præsens est omne verum, & non nisi verum immutabiliter non secundum tempus, in quo non semper sunt actiones & voluntates nostræ; cum autem restat aliter cogoscatur esse in tempore quam in æternitate, ut aliquando verum sit, quoniam aliquid non est in tempore quod est in æternitate, & quia fuit in tempore quod ibi non fuit, & erit temporaliter quod non ibi erit; Nulla ratione negari videtur posse similiter aliquid esse in tempore mutabile, quod ibi est immutabile; quippe non magis opposita sunt, mutabile in tempore & immutabile in æternitate, quam non esse in aliquo tempore, & esse semper in æternitate, & siue, vel futurum esse secundum tempus, atque non fuisse, aut non futurum esse in æternitate, sic utique sine villa repugnancia dicitur aliquid esse mutabile in tempore antequam sit quod in æternitate manet immutabiliter non antequam sit vel postquam est, sed invenienter, quia nihil est ibi secundum tempus. Annon & istam sententiam multi præclarū Prophetarū confirmant, sicut docet clarissimē series veteris testamenti? Annon & Sibylla prophetans de Christo, & de multis eius conseruentibus, dicitur, O Iudei, necesse est ista fieri, sicut triginta secunda pars corollarii primi, primi plenius recitat? Decem siquidem leguntur Sibyllæ Gentiles omnes prophetarū præcias: Hac autem Sibylla Græcæ cognomina fuit Tiburtina, Latinæ Ebulaea; quam tamen Augustinus 18. de Civit. Dei 23. & 24. Eritream, sive secundum quosdam Cumæam cognominat: cuius & sub isto cognomine meminisse videtur Virgilius in Baculicis, ecloga quarta sic dicens, Vluma Cumæa venit iam carminis èras; carminis Cumæi, id est, carminis Sibyllæ Cumæa secundum Scrutium in commento: & sequitur consequenter Magnus ab integro Seclorum nascitur ordo, iam redit & Virgo redeunt Saturnia regna, iam noua progenies celo dimittitur alto, &c. quæ omnia ad Christum satis possunt appetari, sicut & facit Hieronymus in epistola proœmalib[ile] Biblicæ prælibata. Hanc dicit Augustinus 18. de Civit. Dei 23. & 24. tempore Achas seu Ezechie Regis Iudei & Romuli ac Romæ conditor, sive ut notnulli scripserunt, tempore belli Trojani fuisse. Cuius etiam alias prophetias de Christo, prout in libro eius scribuntur, Laestantius in libro suo Institutionum diuinarum aduersus Gentes allegat; quod & Augustinus 18. de Civit. Dei dignè commenmorat. Homs quoque Sibyllæ versibus triginta tercia parte corollarii primi, primi scriptorum sacrarum Ecclesie meminit in quedam sequentia de Natali sic canens, Si non suis vaibus credat, vel genibus Sibylliis versibus hæc prædicta. Hæc idcirco cumulatius proruli, in huius Sibyllæ sapientis autoritas contemnenda forsitan putaretur. Dicit ergo hæc Sibylla prophetans multa de Christo, necesse est ista fieri. Annon & istam sententiam ipsam Dominus prophetarum, ac Autor ipse fidet, fideliter autoritas, cum dicit, Necesse est impleri omnia, que scripta sunt in lege Mosis & Prophetarum, & Psalmis de me. Luc. 24. Quare & similiter ratione necesse est impleri omnia, quæ in libro vite in mente, & in voluntate divina sunt scripta, & ibi omnia futura & eternaliter & immutabiliter, distinguisca & certissime sunt conscripta, sicut prehabita docuerunt. Amplius autem nisi ratiocinari supponatur,

resputa rationales, in suis actibus liberis non sunt a coelo subiectæ, sicut tertium secundi monstrauit, quæ mediabitibus talibus actibus possunt iuuare vel impedire operationem celestem in alijs, ut patet de cultoribus arborum & agrotum, de generatione & nutritione animalium & similibus: Voluntas autem diuina perfectè complectitur omnes causas inferiores, tam rationales, quam irrationalies in suis actionibus quibuscumque, sicut 9^o. & 22^o. primi cum 20^o. & 30^o. secundi, iuncto 10^o. primi docent. Quare si causa prima agat necessariò, omnes causas secundas similiter coagent; omnes enim cause secundæ in omni sua causatione immediatis, essentialiis, & inseparabilis coniunguntur cum prima causa, quam aliqua illarum cum alia, omniaque carum causa similitate, sicut corollaria 2^o. 3^o. & 4^o. capituli, primi docent. Quare & Stephanus Parisiensis Episcopus dominavit articulum afferentem, quod Enia declinavit ab ordine primæ causæ in se considerata, sed non in ordine ad reliquias causas agentes in vniuerso; Error, inquietus, quia essentialem & inseparabilem est ordo entium ad primam causam quam ad causas inferiores. Et rursum aliud affirmantem, quod ad hoc, quod effectus omnes sint necessarij respectu causa, prima, non sufficit quod ipsa causa prima non sit impeditibilis, sed exiguit quod causa media non sint impeditibiles: Error, inquietus, quia tunc Deus non posset facere aliquem effectum necessarium sine causis posterioribus. Quare & idem Doctor distinguens ista per tristans de potentia Dei, quæ est 4^o. querente, Utrum si iudicandum aliquid possibile, vel impossibile secundum causas inferiores vel superiores, dicit respondendo, quod iudicium de possibili & impossibili potest considerari ex parte iudicantium: Si enim sunt duas scientias, quarum una considerat causas antiores, & alia minus altas, iudicium in utraque non eodem modo sumeretur, sed secundum causas quas utraque considerat. Est autem duplex sapientia, scilicet mundana, quæ dicitur Philosophia, quæ considerat causas inferiores & secundum eas iudicat, sicut medicina de sanitate, & diuina, quæ dicitur Theologia, quæ considerat causas superiores, id est, diuinæ, secundum quas iudicat quæ sunt diuina attributa, ut sapientia, bonitas, voluntas diuina & huiusmodi: quare secundum considerationem Theologiam omnia illa que non sunt in se impossibilia, possibilia dicuntur. Cum ergo secundum huius Doctoris sententiam nihil obstat, cur non omnia quæ euident, de necessitate euident, nisi istud, quod necessitas non dicitur secundum causas superiores, & hoc non obstat, sed potius adiuvat, cum si verum maximè loquendo Theologicè, ut est doctum, sequitur manifestè quod omnia, quæ euident, de necessitate euident respectu superiorum causarum. Præterea multa futura sunt immediate à Deo sine coactione inferiorum causarum; illa ergo non possunt dici contingenter futura, propter contingentiam inferiorum causarum; quare in illis non habet responsio sua locum; ergo secundum eum ad minus omnia talia de necessitate euident, quare & simpliciter omnia: Voluntas enim diuina liberius & contingenter se habet ad omnem suum effectum extrinsecum, quam aliqua causa secunda ad suum, sicut nona, decima, undecima, & duodecima partes corol. 5^o huius ostendunt. Ex his ergo omnibus non immane est arbitror demonstratum, quod fatum seu famen diuinum necessitatem huiusmodi omnibus ingerit & imponit. Quare & Stephanus Parisiensis Episcopus dominavit articulum, qui dicebat quod Fatum, quod est dispositio vniuersi, procedit ex prouidentia diuina non immediate, sed mediante motu corpori superiorum, & quod illud factum non imponit necessitatem inferioribus, quia habent contrarium, sed superioribus: omnia ergo quæ euident, de necessitate causarum superiorum euident, quod & plane testantur alij duo articuli proximo recitati. Hanc eandemque sententiam profiterentur expressè autoritates Augustini 5. de Civit. Dei 9. & 10. allegatae in probatione corollarii primi huius; Autoritates quoque eiusdem de Correctione & gratia 69 & 70. quas 20^o. secundi recitat, volunt idem. Nam 69. dicit quod Deo volenti facere saluum hominem nullum resistit arbitrium; cuius causam statim subiungens, Sic enim inquit, seu velle, seu nolle in voluntate aut nolentis est potestate ut diuinam voluntatem implete, nec superet potestatem, & 70. Quando Deus voluit Sauli regnum dare, non erat in potestate Israelitarum subdere se ei, sive nos subdere, quod utique in eorum erat positum voluntate, ut etiam Deo valerent resistere, qui tamen hoc non fecit nisi per ipsorum voluntates, sine dubio habens humanorum cordium quo placet inclinandum omnipotensim potestatem. Et infra de quodam Semini, qui tamen 1. Paralip. 12. vocatur Abishai; quem induxit Spiritus Domini ut promitteret & ferret auxilium Daviu Regi, sic ait, Nunquid posset iste aduersari voluntati Dei, & non potius eius facere voluntatem, qui in eius corde operatus est per spiritum eius, quo induitus est, ut hæc vellet, diceret & faceret? Hoc idem restatur clarissima autoritas Auicensis 10. Met. sive 1. Vigilissimo nono capitulo primi scripta. Boetius etiam 5. de Consolatione Philosophiae prola vlt. post huius problematis ventilationem plurimam finaliter sic responderet: Fatebor enim quidem solidissimam veritatem, sed cui vix alii quis

A quis nisi diuini ingenij speculator accesserit. Respondebo namque idem futurum, cum ad diuinam notionem referatur, necessarium, cum vero in sua natura perpenditur, liberum prorsus arque absolutum videtur. Et infra, Si quid prouidentia præsens videt, id esse necesse est, ratione nullam naturæ habeat necessitatem: at quidem Deus ea futura, quæ ex arbitrii libertate proueniunt, præsencia contuetur. Hæcigitur ad intitulum relata diuinum necessaria ^{II sunt} fiant per conditionem seu dispositionem diuinæ notionis, per se vero considerata ^{Gratianus in} solutam naturæ seu libertatem non deserunt. Huic autem responsione inservit Gratianus in canone 23. questione quarta vbi præmissa disputatione de eadem materia, definitè respondens, sic ait: Quamvis conuenienter dicatur, si hæc prædestinata vel prescrita sunt necessarij euident, non tamen ideo absolute verum est quod necessarij euident, quæ prædestinata sunt vel prescrita, quia hic necessitas resertur ad rerum euentum, ibi ad intitulum diuinæ præscientie: quam respositionem confirmat per autoritatem Boetij allegaram, quamuis non à Boetio, sed ab Augustino eam allegat; Nec totum, ut inter tot & toties allegatas in vnius nomine semel erer; Veruntamen si Augustinus eandem autoritatem conscripsit, nescio, non recordor, nec credo quod in libris Augustini valcat inveniri, si tamen inueniatur in eis, tanto est magis authentica & accepta. Quem & sequitur sanctus Thomas super 1. sentent. dist. 38. quæst. vlt. querente, Verum sciencia Dei sit contingentium, vbi respondendo ad quoddam argumentum, sic ait: Dicendum quod actus diuinæ cognitionis transit supra contingens, etiæ si futurum nobis, sicut transit visus noster supra ipsum dum est, & quia esse quod est, quando est, necesse est, quod tamen absolute non est necessarium, ideo dicitur quod in se consideratum est contingens, sed relatum ad Dei cognitionem est necessarium, quia ad ipsum resertur secundum quod est in esse actuali: & huic respositioni inservit in tota ista materia consequenter. Item nullus homo est liberior Iesu Christo, sed omnia quæ euenerunt circa ipsum, euenerunt de necessitate superiorum causarum, seu voluntatis diuinæ, sicut primo huic fuerat demonstratum.

CAP. XXVIII.

Recitat vnam glossam autoritatum erroniam.

D hæc autem & maximè ad autoritates, quæ de necessitate secundum causas superiores faciunt mentionem, communiter respondetur, quod loquuntur de necessitate consequentiæ, non consequentiis, seu de necessitate conditionali non absoluta, sive de necessitate dicti non rei, coniunctum non diuinitum: & hoc videtur Boetius innuere vbi fuerat allegatus; & sic notat glossa decreti super autoritatem Boetij allegaram. Item Ansel. de Concor. 2. Cum dico, inquit, si præsens Deus aliquid, necesse est: illud esse futurum, idem est ac si dicam, si erit, ex necessitate erit: & cum dico, Si erit, ex necessitate erit, id est valet, si sic pronuntietur, quod erit, ex necessitate erit. Non enim aliud significat hec necessitas, nisi quia quod erit, non poterit simul non esse. Hæc vero est necessitas conditionalis, consequentiæ sive dicti, arg: coniunctum, non autem consequentiæ, vel rei, sive diuinitum: & hanc solam concedit, aliam omnem negans, quod & infra expressius manifestat, quippe, inquietus, Non est idem rem esse præteritam, & rem præteritam esse futuram, aut rem esse præsentem, & rem præsentem esse præsens, aut rem esse futuram, & rem futuram esse futuram; sicut non idem est rem esse albam, & rem albam esse albam. Lignum enim non est semper necessitatem album, sed aliquando priusquam fieri album, potuit non fieri album, & postquam est album, potest fieri non album: lignum vero album semper necesse est esse album, quia nec antequam sit, nec postquam est album, fieri potest ut album simili non sit albu. Similiter res non de necessitate est præsens, quoniam antequam esset præsens, potuit fieri ut præsens non esset, & postquam est præsens, potest fieri non præsens: Rem autem præsentem necesse est esse præsentem semper, quia nec priusquam sit, nec postquam est præsens potest simili esse non præsens, id est modo res aliqua, ut quædam actio, non necesse futura est, quia priusquam sit fieri potest ut non sit futuram. Ré vero futurâ necesse est esse futuram, quia futurâ nequid simili esse non futuram: de præterito autem similiter est verū, quia res alqua non est necessitate præterita, quoniam antequam esset, potuit fieri ut non esset, & quia præteritū sive necesse

A. simius.

T. hom. v.

L. umbardus.

est præteritum esse, quoniam non potest simul non esse præteritum, sed in re præterita est quidam quod non est in re presenti vel futura. Nunquam enim fieri potest, ut res, quæ præterita est, fiat non præterita, sicut res quædam, quæ præfensi sunt, poterit fieri non præiens, & alioquin res, quæ non necessitate futura est, potest fieri ut non sit futura. Itaque cum dicitur, futurum de futuro, necesse est esse quo dicitur, quia futurum nunquam est non futurum, sicut quoties idem dicimus de eodem. Cum enim dicimus, quia omnis homo est homo; aut si est homo, homo est; aut omnis album est album, & si est album, album est, occidit enim quod dicitur, quia non potest aliquid simul esse & non esse; quippe si non est accessus emne futurum esse futurum, quoddam futurum non est futurum, quod est impossibile: Necesse est ergo omne futurum, futurum est, & si est futurum, futurum est, cum futurum dicitur de futuro, sed necessitate sequente que nihil esse cogit. Cum autem futurum dicitur de re, non semper res necessitate est, quamvis sit futura. Nam si dico, Cras sedatio futura est in populo; non tamen necessitate erit sedatio. Potest enim fieri, ut quod sit, etiam si sit futura. B

Idem quoque secundi. Cui Deus homo 27. docet idem, unde sic ait; Si dicitur, neesse erat ut voluntate sua morgetur, quia vera fides, sine prophetia qua de hoc praefecerant; Non est aliud quæ si dicas, neesse fuisse ita futurum esse, quoniam sic futurum erat: huiusmodi autem necessitas non cogit rem esse, sed est rei factit necessitate esse. Est namque necessitas præcedens, quæ causa est ut fieres, & est necessitas sequens, quam res facit. Precedens & efficiens necessitas est, cum dicitur cœlum volui, quia neesse est ut volueris; sequens vero, & quæ nihil efficit, sed fit, est cum dico te ex necessitate loqui quia loqueris. Cum enim hoc dico, significo nihil facere posse ut dum loqueris non loquaris, non quod aliquid te cogat ad loquendum: Nam violentia naturalis conditionis cogit cœlum volui, te vero nulla necessitas facit loqui. Et infra, Hac sequenti, & nihil efficiens necessitate, quoniam vera fuit fides & propheta de Christo, quia ex voluntate, non ex necessitate moriturus erat, neesse fuit ut lic esset; hac homo factus est, hac fecit, & passus est quæcumque fecit & passus C est, hac voluit quæcumque voluit. Ideo enim necessitate fuerunt quia futura erant, & futura erant quia fuerunt, & fuerunt quia fuerunt. Sanctus quoque Thomas vbi proximo fuerat allegatus, statim post autoritatem eius præmissam subiungit, Vnde bona est distinctio, quod est necessarium necessitate consequentia & non consequentia, vel necessitate conditionata non absoluta: & infra distinguit istam, Omnes scitum à Deo necesse est esse, eo quod potest esse de dicto, & sic vera; vel de re, & sic falsa. Qui & primò contra Gentiles 67. 83. & 85. istam distinctionem multo clarius & diffusius recitat & expōnit, & secundum illam semper responderet in ista materia de futuris. Lumbardus etiam 1. sentent. dist. 38. & 40. secundum istam distinctionem in materia ista respondet, quem & penè omnes posteriores Doctores communiter imitantur. Sed ista responsio multipliciter deficit. Primò quia falsa; secundò, quia incauta; tertio quia diminuta. Primò, inquam, deficit, quia falsa. Falsò namque exponit autoritates potentes necessitatem omnium futurorum respectu causarum superiorum, seu cause prima, non autem respectu inferiorum, seu etiam secundarum, dicens eas loqui tantummodo de necessitate consequentia seu conditionali. Non enim iste est intellectus Autorem, sed alius quem non tangit, quem caputulum proximum exponebat. Si enim Autores in autoritatibus talibus tantummodo loquerentur de necessitate consequentia seu conditionali, ita haberent concedere quod futura necessariò euidentur respectu causarum inferiorum & secundarum, sicut respectu superiorum & prius. Consequencia namque seu conditionalis in talibus respectu causarum secundarum ita est necessaria sicut respectu prius. Sicut enim hæc consequentia seu conditionalis est necessaria, Deus praescit hoc esse futurum, seu faciet hoc futurum, vel si Deus praescit seu faciet hoc futurum, hoc erit; ita et ista; Causa secunda praescit hoc esse futurum, vel faciet hoc futurum, ergo hoc erit, & de conditionali similiter. Item omnis doctrina debet esse aliqui dubii aut signoti; sed ista consequentia seu conditionalis nunquam fuit aliqui dubia aut signoti, Deus, vel si Deus praescit hoc esse futurum, ergo hoc est futurum seu erit; quis ergo sapientis hoc scriberet ut edocet, cum non sit docibile, sed per se scibile à quoconque, supposita notitia terminorum? Item si Autores intelligenter tantum istud, nullo modo soluerent propositam questionem. Supposita namque & concessa necessitate consequentia & conditionalis huiusmodi, quomodo per hanc solutionem perplexitas questionis? Quis enim tantum hac necessitate sibi ostendat, non tantum dubitabit de libero arbitrio, merito, & demerito, certitudine, fallibilitate, & certitudine scientie, & certeis problema istud tangentibus, sicut prius maximè, quia nullus unquam fani spiritus de illa necessitate consequentia dubitauit? Cur etiam tam multi Autores, tam multa, tam ambigua & tam difficilia de ista materia & ista necessitate scripti sunt.

A. ruit si nihil aliud intelligere voluerunt, cum in uno verbo brevissimo & levissimo se poterant expedire, dicendo, quod in omnibus talibus est necessitas consequentia seu conditionalis tantummodo? Ad eundem quoque intellectum de necessitate haberent concedere, quod Chimera, & omnia non futura de necessitate euidentur: nam ita necessaria est consequentia & conditionalis premissa de eis, sicut de alijs. Nam necessariò sequitur, Deus praescit, vel si Deus praescit, quod Chimera, & omnia non futura euidentur, ergo illa euidentur. Nec potest alias respondere, quod in præteritis & futuris ponitur antecedens in esse, sicut nec in alia materia, seu alijs terminis quibuscumque, sed necessitatem consecutionis tantummodo, & sic facit alia consequentia seu conditionalis premilla. Loquendo ergo præcisè de sola necessitate prædicta, similius operet concedere de Chimera, & omnibus non futuris nec præscitis, sicut de futuris & vero præscitis. Consequentia enim & conditionalis huiusmodi simili necessitate fuit, sicut alia qualiscumque. Præterea in ista consequentia, Deus praescit Chimaram fore, ergo Chimera necessariò erit, supponatur, & ponitur antecedens, sicut in ista, Deus praescit Antichristum fore, ergo Antichristus necessariò erit, & necessitas consequentia est æqualis, ergo simpliciter & equaliter & similis est necessitas in ambabus. Nec sufficit dicere, quod antecedens in secunda est verum, & in prima falsum, & ideo non est necessitas similius hic & ibi. Falsitas enim antecedentis necessitatem consequentia nullatenus minuit, nec veritas ipsam auget, sicut nullus Dialecticorum ignorat. Cum ergo necessitas consequentia nullo modo veritatem antecedentis includat respiciendo ad solam necessitatem consequentia, sicutis est necessitas in ambabus: & hanc solam in talibus ponitur responsio; quare habet ponere consequenter, quod sicut necesse est Antichristum fore, sic & Chimaram. Textus quoque ac processus Autorum de ista necessitate loquentium, istam glossam velut vidente, ppteritoriam scilicet sui texus, non expiatoriam, redarguant & coauincant. Causa namque, quam alsignat Boetius vbi prius, quare futura contingens sunt necessaria respectu cognitionis seu voluntatis diuinæ, & non respectu causarum inferiorum, est ista, quia apud cognitionem diuinam sunt presentia, & esse quod est, quando est, neesse est; sed apud causas inferiores non sunt presentia; sed futura, & ideo apud eas, antequam sint, possunt non esse. Dicit enim Boetius 5. de consolatione Philosophie, prosa vlt. Quoniam omne iudicium secundum sui naturam quæ sibi subiecta sunt comprehendit, est autem Deo semper æternus ac præsens status, scientia quoque eius omnem temporis supergesta motionem, in sue mater simplicitate presentis, infinitaque præteriti ac futuri spacia complectens, omnia quasi iam illigerantur, in sua simplici cognitione considerat. Itaque si præsentiam pensare velis, D generaqua cuncta dignoscit, non esse præsciatisti quæ futuri, sed scientiam nunquam deficiuntur. instantia rectius estimabis: unde oon prævidentia, sed prævidentia potius dicitur. Et infra nulla necessitas cogit incidere voluntate gradientem, quoniam euia, cum graditur, incidere necessarium sit. Eodem igitur modo, si quid prævidentia præsens videt, id esse neesse est, tametsi nullam naturam habent necessitatem, atque Deus ea futura, quæ ex arbitrij libertate proueniunt, præsenta concurrit. Hæc ergo ad intuitum relata diuinum necessarium sunt per conditionem seu dispositionem diuinam "notiones". Et intuitus cuicunque obiecti, & querenti ab eo, Quid igitur referit non esse necessaria, cum propriæ diuinæ scientiæ conditionem modis omnibus necessitatis instar euidentur? Quasi diceret, si sit ita, inter esse non necessaria vel necessaria nihil referit. Boetius sic respondet: Hoc refert, quod ea quæ paulo ante proposui, Sol oriens, & gradiens homo, quæ dum sunt non fieri non possunt, eorum tamen unum priusquam fieret, neesse erat existere, alterum vero minimè: ita etiam quæ præsens Deus habet, proculdubio existent, sed eorum hoc quidem de rerum necessitate descendit, illud vero de potestate facientium. Hanc igitur intuitiū diximus, nec illuc diuinam notitiam referantur, necessaria; si per se considerantur, necessitatis esse nexibus absoluta. Quem in hac assignatione cautele sequitur sanctus Thomas super 1. sentent. dist. 38. quest. 5. Deus, inquietus, ab æterno non solidum vidit ordinem sui ad rem, ex cuius potestate reserat futura, sed ipsum esse rei intuebatur: quod qualiter sit, euidenter doceat Boetius in libro de consolatione. Omnis enim cognitio est secundum modum cognoscitum; cum igitur Deus sit ab æterno, oportet quod cognitio eius æternitas habeat modum, qui est totum esse simul sine successione: unde sicut quoniam tempus sit successuum, tamen eternitas est præsens omnibus temporibus una & eadem indivisiibilis, & eam stans: ita cognitio sua invenit omnia temporalia, quoniam sunt succedentia, ut præsciat sibi, Thomas. nec

ii necesse
et Anselmus.ii compo-
sito

ii omne

ne aliquid eorum est futurum respectu ipsius, sed unum respectu alterius. Vnde secundum Boetium melius dicimus prouidentiam, quam praevidentiam, quia non quasi futurum, sed omnia quā præsentia uno intuitu prouident, quasi ab extenuatis specula: sed tamen potest dici prævidentia in quantum cognoscit id quod futurum est nobis, non sibi. Et infra, *A*ctus divinæ cognitionis transit supra contingens, & si futurum sit nobis sicut visus noster super ipsum dum est; & quia esse quod est, quando est, necesse est, quod tamen absolute non est necessarium, ideo dicitur quod in se consideratum est contingens, relatum ad Dei cognitionem est necessarium, quia ad ipsam referunt, secundum quod est in esse actuali, & ideo omnino simile est, si ergo videtur Socratem currere prætentus alter, quod quidem in se est contingens, sed relatum ad visum meum est necessarium. Et infra, Scitur à Deo potest sumi secundum conditionem quia subiectum diuinæ scientiæ, & hoc est, secundum quod habet esse germinatum, & sic *necessitatem* habet: vel potest sumi sine illa conditione, vt scilicet est in causis suis, antequam sit in actu, & sic non habet necessitatem. Venerabilis quoque Anselmus *De concordia* 3. & 4. summi causam summis dicti reddit. Dicendum quod omnia futura sunt necessaria & immutabilia in æternitate, non necessaria, sed mutabila in tempore aequaliter fiant; quia in æternitate, inquit, non est præteritum vel futurum, sed tantum præsens immutabile. Hæc igitur est causa *Autorum*, quare omnia futura respectu causarum superiorum, scilicet cognitionis & voluntatis diuinæ, sunt necessaria, quia esse quod est, quando est, necesse est; & omnia futura sunt ibi in præsentia & in actu; & quare respectu inferiorum causarum non sunt necessaria, quia ibi non sunt actualiter præsentia, sed futura. Quomodo ergo loquuntur de necessitate, cum dicunt, quia esse quod est, quando est, necesse est, vel de necessitate consequentiæ? *Huc dicit veluti?* vel an intelligent totam propositionem in sensu *consequentia*, vel diuiso? Si secundo modo intelligent, ergo cum ex illa causa inferunt consequenter, quod omnia futura respectu superiorum causarum de necessitate euident, similem necessitatem intelligent; non ergo solam necessitatem consequentiæ seu conditionis, ut responsio ista fingit. Si autem intelligent primo modo secundum eundem intellectum, habentem concedere quod forte seu futurum esse quod erit, quando erit, necesse erit. Nam haec necessaria est ista consequentia. Si igitur erit, ipsum erit; sicut ita, Si aliquid est, ipsum est; & ita necessaria est ista secundum eos de dicto, sive in sensu compósito, sicut illa. Nam ita impossibile est quod aliquid simili futurum & non sit futurum, sicut quod aliquid simili præsentia sit & non sit, quod tamen non concedunt, sed negant, doctrinam Philosophi I. per heremias vlt. imitantes, dicendo, quod! *Esse* quod est, quando est, necesse est; futura vero antequam veniant, & hoc est, quando & dum sunt futura, non necessariæ euentura, sed posse nullatenus euentura. Præterea quando Boetius assignando differentiam inter necessarium & non necessarium in autoritate præmissa, dicit quod Sol oriens, & gradiens homo dum sunt, non sicut nos possunt; eorum tamen unum, scilicet primum, priusquam fieri, necesse erat existere, alterum verò minime, id est, hominem fieri gradientem, innuendo quod priusquam home graderetur, possibile fuit ipsum non gradiri, quomodo intelligit de necessario & possibili, vel simpliciter omnino, scilicet respectu quarumcumque causarum superiorum, & inferiorum similes, vel secundum quid, respectu scilicet inferiorum naturaliumque causarum? Non intelligit primo modo, quia secundum suam sententiam ante & post illam differentiationem possum, sicut unum eorum priusquam fieri, erat non necessarium respectu prima cause, sic reliquum; & quia Deus & quælibet liberè operatur ad extra quæcumque effectum, sicut 9. & 20. primi, 30. secundi, ac suppositio prima docet; Non est ergo magis necessarium respectu voluntatis diuinæ volentis & facientis hæc ambo, quod Sol orietur, quam quod homo gradiat, sicut & decimum primi probat; & quia dicit similes, quod alterum iliorum priusquam fieri, minime necessarium erat existere, quod non potest intelligi respectu prima cause, scilicet prævidentia & cognitionis diuinæ, quia secundum suam sententiam superioris recitatam, omnia sunt ibi præsenta: oportet ergo quod intelligat de necessitate & possibilitate istorum secundum dictorum modorum, scilicet respectu naturalium & inferiorum causarum tantummodo respectu quarum solummodo talia dicuntur futura, quod & verba sua sequentia manifestant: nam immediatè subiungit, Illa etiam, quæ præsentia Deus habet, proculdubio existent, sed eorum hoc quidem de rerum necessitate defecundit. *Quarum* rerum, nisi naturalium & inferiorum? Et addit, illud vero de potestate facientium, de potestate, scilicet opposita necessitate præmissa, id est libera à necessitate inferiorum causarum: differentia namque oppositorum oppositæ debent esse. Hæc igitur secundum cum est differentia inter necessaria, puta ortum Solis, & non necessaria sed libera, puta gressum hominis, quod illa sunt necessaria respectu inferiorum causarum, hæc vero nequaquam, sed libera; ita quod secundum cum actus

*A*ctus liberi arbitrij non dicuntur omnino & simpliciter liberi, quia non respectu quatuorcumque causarum, quoniam respectu superiorum dicuntur necessarij, sed dicuntur liberi secundum quid tantum, scilicet respectu inferiorum causarum, sicut quintum & nonum huius ostendunt. Quare & post verba sua preposita statim subdit, haec sicut in diuinam notitiam referatur, necessaria; & per se considerentur, necessitatis esse nexibus absoluta. Intelligit ergo Boetius in autoritatibus allegatis, quod omnia futura euident de necessitate superiorum causarum, sicut capitulo proximum exponebat, non de necessitate consequentiæ seu conditionali tantummodo, sicut ista responso somnauit: quod & adhuc aliud verbum eius ostendit. Hanc enim necessitatem secundum causas superiores concessurus, & aliam negaturus, præmisit, Fatebor, inquietus, tem solidissimæ veritatis, sed cui vix aliquis nisi diuinum ingenij speculari accesserit. Respondebo namque idem futurum, eum ad diuinam notionem referatur, necessarium; cum vero in sua natura perpenditur, liberum prorsus atque abiolutum videri. Si tamen de necessitate consequentiæ seu conditionali tantummodo loqueretur, quis tamen alius in ingenio vt ad illam non faciliter accesserit speculandam? Quis vñquam istam consequentiæ seu conditionalis notis terminis non sciunt, Deus præcit hoc fore, vel si Deus præcit hoc fore, hoc erit? Et quis in literis Philosophicis, seu Theologicis ad hunc saltum prouectus, aut cuam idiota omnipotenter Deum credens, istam consequentiæ ignorauit, Deus præmisit & vult hoc esse, ergo hoc erit? Vel quis saltum ad istam consequentiæ speculandam faciliter non accedit? Non ergo loquitur de necessitate consequentiæ seu conditionali tantummodo, sed alio capitulo proximo declarata. Et si quis ad istius necessitatis speculationem nequaquam accesserit, non impetrat quod si mihi, sed sui humani ingenii tarditati, rogans humilietur & attente, quacunq; diuinum ingenij aliquod participium mereatur accipere, quo ipsam valeat speculari: nec extitit quispiam autoritatem Boetij contemnam, cum sanctus Augustinus, Anselmus, & Thomas, aliquæ quamplures Doctores Catholici ipsum in ista materia imitantur. Erat namque magnus Philosophus & Doctor Catholice, sicut libri sui Philosophici & Theologici manifestant, tandemque felici martyrio coronatus, a scriptusque Sanctorum cataiogio iud nomine Severini: habebat namque multa nomina more nobilium Romanorum, quæ vt communiter libros cum suorum initijs praefebuntur. Secundo ista responsio deficit vt incauta: non enim cavit necessitatem quam voluit & credit in præcaisse, nec tribuit nobis quam voluit & credit liberam potestatem. Si enim ista consequentia est necessaria, Deus præcit aut præuult quodcumque ergo illud erit, & antecedens non est in potestate nostra, sicut decimum quintum primi & octavum huius ostendunt; ergo nec consequens est in potestate nostra simpliciter libera & exclusoria necessitatis cuiuslibet precedentis. Tertiò deficit ista responsio, quia plurimum diminuta; quia licet aliquibus paucis autoritatibus apparuerit vt quæcumque respondere, rationibus tamen factis & quampliatis autoritatibus alijs non responderet nec poterit respondere. Quomodo namque poterit respondere rationibus ibi factis, & specialiter syllogisticæ rationi? Quomodo etiam respondebit Ecclesiastico, Augustino, Sibyllæ, Domino nostro Christo, Chrysostomo, Paulo, Iob, Gregorio, Tobiz, Esaiaz, Ieremiaz, & Glosa? Vel quomodo poterit respondere ad necessitatem fati diuinæ, & ad omnes autoritates ac Parisienses articulos illam probantes? Nullus enim pñens necessitatem fatalem, ponit eam esse necessitatem consequentiæ, sed conditionalem tantummodo. Quoq; colore poterit respondere ad autoritates Augustini s. de ciuit. Dei, 9. & 10? Nunquam enim fuit aliquis Stoicorum tam stolidus, imo nec aliquis Laicorum tam Laicus, vt credere: omnem necessitatem consequentiæ seu conditionalis libertati arbitrij repugnare. Quis enim tam ruidus aut fatuus, qui ignoret necessitatem huius consequentiæ & conditionalis. Si tu vis liberè, tu vis liberè, secum compati arbitrij libertatem? Cur ergo Augustinus redargueret Stoicos hanc ponentes, si ipsem ibidem hanc eandem & aliam nullam ponat? Cur etiam frusta docet hanc necessitatem non admtere libertatem, cum nullus vñquam hominum hoc nesciuit? Quare haud dubie non istam necessitatem ibi volebat intelligi, sed aliam in capitulo proximo patefactam, quod & verba processus illius ostendunt. Loquens enim ibi de necessitate fati diuinæ, scilicet à fando dicti, exponit illud Psalmi, Semel loquutus est Deus, id est, immobiliter, hoc est, incommutabiliter loquutus est, sicut nouit incommutabilitatem omnia quæ futura sunt, & quæ facturus est. Deinde reprehendit Stoicos; quia voluntates nostras necessitatibus huiusmodi subdere noluerunt, ne libere tunc non essent; & distinguendo de necessitate, tollit eorum motum, ostendens quod vna necessitas, scilicet omnia, quæ contingit, non solentibus, puta necessitas morienti, repugnat arbitrij libertati; & quod alia definitur necessitas, secundum quam dicimus necesse est vt ita sit aliquid, vel ita fiat, quæ libertati arbitrij non repugnat. Ecce quæ patenter istam necessitatem

necessitatem exprimit, & definit per respectum ad causam actionem, sicut caput proximum exponebat: & haec est duplex, conservativa scilicet & factiva, sicut in secundo pri-
mi docetur. Pro conservativa dicitur, necessitas, secundum quam dicimus, necesse est ut in-
sit aliquid; & pro factiva subiungit, vel ita fiat, de necessitate vero consequentia seu conditioni-
ali nullam penitus faciens mentionem. Quare non viderur quod de necessitate consequentie
seu conditionali tantummodo vel in loqui, quod & raro exemplaris, per quam ostendit suum
propositum, clare docet. Ostendit enim necessitatem predictam, secundum quam scilicet di-
cimus, necesse est ut ita sit aliquid vel ita fiat, non est intendamus nobis libertatem auferat
quaesitum modum libertatem, si dicamus necesse esse Deum semper vivere, & cuncta pra-
scire, sicut uer potestas eius minuitur, cum dicitur mori fallique non posse. In hac autem tati-
one nihil peius loquitur nec intelligit de necessitate consequentia, seu conditionali quaunque.
Quomodo etiam per hanc necessitatem possunt exponi aliae autoritates ipsius de corre-
ptione & gratia capitulo proximo memoratae? Illa quoque eius autoritas, De fide ad Petrum
quomodo per istam glossam subtiliter & logicam, & non nisi talibus agnitione exponeatur? Imo
ponus perueretur, maxime cum ipse vel in omnibus dicta sua in illo libello intelligi ad vulgarem
& usitatum modum loquendi simplicium fidem vel infidem, rudium, indolentium, ut
nullus sensus possit eis surrepere hereticæ falsitatis: unde & in capite libri ait, Epistola filii
Petrus tuus charitas accepi, in qua significasti velic te Hierosolymam pergere, & populi isti te
litteris nostris inservi, quoniam debes in illis paribus vere fidei regulam tenere, ut nullus tibi pos-
set tensus hereticæ subreptere falsitatis. Qui & in calcaneo libri dicit, Haec inter 40. capi-
tula ad regulam vera fidei firmissime pertinencia fideliter crede, fortiter tene, veraciter pati-
enterque defende; & si quem contraria his dogmatizare cognoveris, tanquam pestem fuge,
& tanquam hereticum abuice. Ita enim ista, quæ possumus, fidei catholicae congruunt, ut si
quis non solum omnibus, sed etiam singulis voluerit contraire, in eo quod singulis horum
contumaciter repugnat, & his qui contraria docere non dubitat, hereticus & fidei Christi-
anæ inimicus, atque ex hoc ornabitis catholicis anathematizandus appareat. Quare & pla-
nissime affirmando & certissime asserendo, firmissime, inquit, tene, & nullatenus dubites ita
esse. Item quomodo per hanc responsionem exponeat Anselmus, & specialiter de concordia.
vbi dicit, Quia tempore praeterea sunt, ad similitudinem æterni presentis omnino immuta-
bilis sunt. Hoc enim non potest exponi de immutabilitate consequentie, conditionalis, seu
dicti, sed rei, cum sit categorica una pura. Cum etiam statim post dicit, quod quæ sunt pre-
senta in æternitate non quæ possunt non esse ibi presentia, sed presencia in tempore possunt
non esse ibi presencia, vel intelligi in sensu compositionis & de dicto, vel in sensu divisionis
& de re. Non primo modo, quia sic secunda pars est falsa; quoniam sicut ista non est possibi-
lis, presencia in æternitate non sunt presencia in æternitate, sic nec ista, presencia in tempore
non sunt presencia in tempore: intelligit ergo secundo modo, sicut caput proximum,
quod tam verba eius quam processus indicant evidenter. Pro motu autem huius responsio-
nis sciendum, quod illa distinctio de necessitate consequentie seu consequentiæ, condicio-
nali vel absoluæ, de dicto vel de re, est in casibus suis bona, sicut in ista & suis similibus. Si
sim eras lectorus, necesse est eras me legere: Veruntamen rationes & autoritates præmissæ
capitulo proximo non possunt exponi rationabiliter, nec ad intellectum tantum per ipsum,
sicut luperius est ostensum. Primo autem pro dicto Boetij aduertendum quod multum con-
grue potuit exemplariter hoc dixisse. Videns enim quod esset multum difficile intellectu,
quomodo aliquid esset necessarium respectu voluntatis & cognitionis diuinæ, & liberum in
sua natura, voluit hoc vterque ostendere per manifestum exemplum, vt sic per faciliora
& notiora, ad difficiliora & ignotiora, deduceret tardiores, sicut in omni disciplina Philoso-
phica & Theologica est creber modus docendi, & utilis per exempla; quare non immoritò
exemplum inter species argumenti à Logicis computatur. Volens igitur Boetius ostendere, E
quod aliqua futura essent necessaria respectu primæ causæ, & libera in sua natura, consultè
dicebat; Dux sunt necessitates, simplex una, veluti quod necesse est omnes homines esse
mortales; altera conditionalis, vt si aliquem ambulare scias, cum ambulare necesse est, ut sicut
poterat necessitatem à futuri contingentibus deneget, & per secundam, in qua consequens est
necessarium respectu antecedentis, & liberum in sua natura, ostendat vterque licet multum
dispariter & remotè, quod ita potest esse de libertate futuri respectu primæ causæ. Ista enī est
causa naturaliter antecedens, ex qua cuncta libera, necessariæ consequuntur. Necessariū in
quam respectu illius, non in sua natura, sicut caput proximum exponebat: quare & in
toto processu sequente negat, Semper necessitatem naturæ, & coactionis ab actibus liberis;

II teram

*testimo-
nijs

A aliam vero, scil. secundum causas superiores nunquam: qd. tamen, vt videtur, aliquando seci-
ficit, si eam nullatenus potuerit, & hic & 4. profa. 6. semper ipsam probat, expresse sustinet,
& defendit, sicut restatur totus eius processus, & specialiter autoritates cap. proximo recitatae.
Secundò dice pro intellectu Boetij & omnium aliorum, qui dicunt expresse qd. in talibus est
necessitas conditionalis, consequentia, dicti, sive coniunctum, non autem consequentia
rei, sive duobus; quod hoc est verum ad duplum intellectum. Primo, quia secundum ipsos
in omni tali conditionali, consequentia, dicto, & enuntiatione composita est necessitas
absoluta; in consequente vero, vel re, sive enuntiatione duobus nequaquam. Secundò, ad com-
mune, & usitatum modum loquendi: sicut enim consequentia est necessaria apud omnes, sed
consequens non est ita. Necesse namq; & libertas consequentia talium secundū communio-
rem & usitatum modum loquendi, tantum secundum causas inferiores attenditur, de quibus
tam vulgares quam scientiarum, sive orationum professores considerant plurimum & loquun-
tur, sicut 5. & proximum huius docent. Tertio, pro intellectu Boetij, quia solent Philosophi
paucā verbis, multis sententijs onerare, dicente Ovid. 3. de veris, paucā loquuntur. Multa subesse
tuis voluerant pondera verbis, credo quod per necessitatem conditionalis, præter necessitatem
conditionalis prædictam, voluit intelligere cum Anteclio necessitatem concomitantem sive
sequentiam, quæ consurgit quodammodo ex positione rei præteriti in esse, & ipsam necessariam
comitatur, & sequitur dum est præsens; quia secundum Philosophos, & Theologos, & secun-
dum onites communiter dicitur, quod Omne qd. est, quando est, necesse est esse, sicut & huius
plenus docebat; qui ideo si rationabiliter intelligere potuit, quoniam sicut in conditionali
ex antecedenti necessario sequitur consequens, sic & in rebus ex quacunq; re posita prætentia-
lē: iam in esse, velut ex causa antecedente secundū naturā, vel sicut includeat causā anteced.
secundum naturam, necessario realiter sequitur velut inseparabile, consequens secundū natu-
ram, quia posterior naturaliter nec sitas quodammodo. De hoc tamen sicut de alijs omnibus
C: postulat Sophistæ sophisticæ altercati, querende que sit illa sequens necessitas quæ omnē rem
necessariæ sequitur, & quod magis videtur mirabile, omnem non rem. Sicut enim esse qd. est,
quando est, necesse est, & non est, qd. non est, quando non est. Hæc autem necessitas non est
potest causari nec descendere à non ente. Ad hæc autem & his similia respödebunt 3. & 14. 1. lib.
Si autem & necessitatem, scil. conditionalis, intelligere voluit, bene guidon: 2. autem, scil. necessitatem
vnde quicquid sequentia sua sequent, credo firmiter ipsu intelligere voluisse, qd. tam sententia eius, quæ
dem? verbis indicat evidenter. Causa namq; huius necessitatis secundum ipsum est ista, quia res futu-
ra apud diuinam notitiam seu præsentialiam sunt præsentes; & omne qd. præsentialiter est,
dum præsentialiter est, necesse est esse, sicut superius est ostensum. Quare & evidenter ostendens qd. per conditionem nequaquam conditionalis intelligit, sed dispositionem, seu statu vel modu-
lo præsentiale sive præsentancum diuinæ notitiae, ita dicit; Nulla necessitas cogit incedere vo-
luntate gradiente, quoniam ei, cum gradu, incedere necessariam sit. Eodem igitur modo
D: si quid prouidentia præsens videat esse necesse est, tamen si nullam naturæ habeat necessitatem:
llusq; Deus ea futura, quæ ex arbitrio libertate prouidentiæ, præsentia contineatur; hæc igitur ad in-
tuitum relata diuinum, necessaria sunt per conditionem diuinæ notionis. Vnde Rob. Lincoln.
de lib. arbit. 3. super senes intelligens, & materiam illam profundissime inuestigans erat, vsq;
ad fundamentum in ea, Duplex, inquit, est necessitas, sicut distinguunt Anselm. in lib. 2. Cut De
homo cap. 17. vna, quam vocat necessitatem prædictam, quæ est causa vi fieri, & cogit rem esse:
Alia, quam vocat necessitatem sequentem, quæ non est causa rei, nec cogit rem esse. & hæc, vt
ipso dicit, est illa necessitas vbi tractat Aristot. de proposition. singular. & futur. Videatur viri
liber destruere, & omnia esse ex necessitate astutæ, & hac sequenti & nibil efficienti necessitate,
necessarium est Deum scire meam sessionem eras futuram, & similia. Ex necessariis hac se-
quenti necessitate nullum inconveniens, inquit magis necessarium, videtur sequi contingens: dñ
enim sedeo, necesse est me sedere, & postquam ledi, necesse est me sedisse. Sed quam compara-
tionem habent hæc dicta, me sedere, & me sedisse ad meā sessionē dū tedeo, & postquam sedis
eandem comparationē habet: scientia Dei ad meā tē ionē futurā antequā sedea; ipse enim scit
futura tanquā præsentia. Et infra has duas necessitates, ex quarū altera non sequitur nisi ne-
cessariū, ex reliqua vero, vt dictum est, videtur sequi contingens. Puto Boetij vocasse necessi-
tatem simplicem & necessitatē conditionis, licet aliqui necessitatē conditionis intelligat nō illam;
quæ supra dicta est necessaria sequens, sed necessitatē cōsequentis cōsequitiois cōsequētis ad anteced.
vt puta cū dicitur, Si homo currit, mouet pedes; hic est necessitas cōsequitiois cōsequētis. ad anteced.
licit utq; scil. tam cōsequens quā antecedens sit contingens: & addit, Ex verbis autē ipsiis Bo-
etij interius cōsideratus melius perpendi potest ipsū vocasse necessitatem cōditionis quā supra ne-
cessitatē sequentē dicebāt. At namq; id futurū cū ad diuinā notionē refertur, necessariū; cū
vero in sui natura perpeditur, liberū prorsus ait; absoluū videri, & post paucā: atq; Deī ea fu-
turā

4. Expositio
Boetii.

tura, quæ ex arbitrij libertate proueniunt; præfatio concurrit; hæc igitur ad intuitum relata A diuinum necessaria sunt per conditionem diuinæ rationis, per se autem considerata absoleta naturæ sive libertatem non deserunt. Et iterum, hæc si ad diuinam rationem referantur, necessaria; si per se considerentur, necessitatis esse nexibus absoluta: Quid autem aliud sapientia hæc verba, nisi ea quæ in sive natura sunt ad vitrum libet contingentia flexibilia & mutabila in Dei notitia esse invariabilia, non propter return invariabilitatem; sed propter scientiam Dei immutabilitatem? Adhuc autem propter lectum Boetij est sciendum, quod per necessitatem conditionis seu conditionalem portat rationabiliter intelligere necessitatem consequentiam inter causatum non impeditibilem & suum causatum, quia sicut in conditionali verbali ex antecedenti verbali necessitatio sequitur consequens suum verbale; sic & in conditione seu colligatione reali causa non impeditibilis & causata, ex causa, quæ naturaliter antecedit; velut ex antecedenti reali, necessitatio realiter sequitur, quia posterius naturaliter suum causatum, quæ est consequens suum reale; & hæc est necessitas respectiva, respectu scilicet superiorum & inferiorum causatum, B quatum i.e. concedit in actibus liberis, 2. vero negat, sicut superius est ostensum. Hunc autem idem verius similitudinibus arbitrio esse intellectum. Autorum, qui dicunt qd. quicquid, vel si quid Deus vult, prescrit, aut prouides, de necessitate euenerit, quia secundum eos Dei voluntas, præscientia & prouidentia sunt causa rerum, & causa non impeditibiles, sed efficaces omnino & necessitatis in causando, sicut 9. & 15. 27; & sequentia cum 10. 1. docet. Glossa vero Decreti potuit intelligi iuxta secundum intellectum Boetij supradictum; potuit tamen glossa exposuisse propinquum textum suum per necessitatem sequentem, sive per necessitatem consequentiam causarum superiorum, sicut preferit superficies littere, sicut & præmissa exponunt. Sed fortassis quia illa exppositio fuisse difficulter nimirum & multum diffusior, ipsam sub silentio transiens, faciliorē & breviorē elegit, non praetendit meliori. Verutamen si quis huic glossæ pertinaciter innotescat, caueat sibi quod si ne forte innotescat bâculo arundineo, qui intrec & perforet manum eius. Ecce namq; quid dicit in fine; Hæc, siquit, est duplex. Necessarium est hoc C euenerit qd. Deus prævidit; de dicto est vera, de re est falsa: Istud enim, qd. Deus prævidit, non est necesse euenerit. Ecce qd. hæc arguementatio non valit. Si Deus prævidit aliquid, necessitatio illud euenerit; ergo si Deus prævidit aliquid, necessarium est illud euenerit, quia modo hæc dictio, necessarium, non potest determinare illam consequentiam, sed tantum consequens. Vult igitur ista glossa negare omnia talia, illud qd. Deus prescrit aut prescrivit, prouides aut prouidit, vult aut voluit aliquid necesse seu necessitatum est illud euenerit, quia necessitas secundum ipsam in omnibus talibus refertur non ad consequentiam, sed ad consequens, non ad dictum, sed ad res tantum. Sed ecce quam diligenter respexit textu Boetij & Decreti, quæ glossando exponit. Si quid, inquit textus ambo, prouidentia præsens viderit, id necesse est esse, sive id est necesse est. Ecce similiter quam diligenter respexit verba Scripturaræ canonicae & Doctorū. Nam Lyc. vlt. veritas ipsa dicit, Necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosis & Prophetus, & Psal. D mis de me: & Mat. 18. Necesse est ut veniant scandala; qd. & Luc. 17. et quipollenter expōnens, Impossibile est, inquit, ut non veniant scandala. Aug. etiam 3. de libero arbitrio 11. Tantum, inquit, abest à vero, quod Creatori deputanda existimantur peccata creaturæ, quāvis necesse fiant, quæ ipse futura præscivit, ut cum dixeris non te inuenire, quomodo non ei deputetur quicquid in eius creatura fieri necesse est; ego contra non inueniā modū, nec inueniri posse, atque omnino non esse confirmē, quo ei deputetur quicquid in eius creatura ita fieri necesse est, ut voluntate peccantum fiat. Similē quoq; sententia cum simili modo loquendi proferunt autoritates eius quamplurimæ cap. proximo allegatae; Dicitq; Anselm. de concord. 2. Quod Deus prescrit futurū, necesse est esse futuri; & infra; Si præscivit Deus aliquid, necesse est illud esse futurū: qui & 2. cur Deus homo. 17. Nihil, inquit, est necessariū aut impossibile, nisi quia ipsa vult. In Meditatione quoq; sua de redēctione humana sic ait, Animæ Christianæ, animæ de gratia morte resūscitata; omnis necessitas & impossibilitas eius subiacet voluntati; qui ppe qd. vult, necesse est esse, & qd. non vult, impossibile est esse. Similē quoq; sententia similiter proferunt E multi doctores. Pro intellectu vero Anselmi sciendū, qd. secundū suā sententiam duplex est necessitas, scilicet præcedens & sequens, & vitro; istarū triplex. Præcedens autem necessitas secundū eum est causa actiua indefectibilis in agendo, quæ scilicet polita necessitatē sequitur suus effectus; & hæc duplex, quia quedam cōpaciens libertatē, quedam vero per pertinens libertatē; & hæc duplex: quedam enim est talis necessitas naturalis; quedam vero est talis necessitas violentia. Ita rite tres modi ex secundo huius & decimo sunt lati noti; qui & 2. de concord. possunt elici manifeste, vbi & in rebus liberi arbitrii primò istorum concedit, sicut cap. proximum recitavit, & alios duos negat. Necessestis quoq; sequens est duplex; vna dictionalis, sive cōsequentialis & cōplexa; altera vero realis & incomplexa. Necessestis autem sequens dictionalis seu consequentialis & complexa est necessestis aliquis dicti & enuntiationis composite, sive compositionis scilicet in sensu compositionis

A. compositionis, vel necessitas conditionalis aut consequentia: & hæc secundum Logicam Anselmi De concord. 2. est tanta necessitas, quod eius oppositum contradictionem formaliter implicat & involuit, sicut eius autoritas allegata indicare evidenter: Quare & habet consequentiam concessit, quod talis est necessestis penitus absoluta; in re vero & in consequentia non est necessitas absoluta, sicut in secunda expositione Boetij fuit dictum. Veruntamen secundum probabilem Logicam Modernam Oxoniæ, non omnes illa propositiones necessitatis reputantur, in quibus idem dicitur de eodem, sicut suppōnit Anselmus, & antiquiores Doctores. Hæc enim non est necessaria, nec vera, sed falsa, nullo homine existente. Homo est nomen; sequitur enim, homo est homo, ergo homo est animal rationale; hoc enim est de per se intellectu illius; ergo homo est animal; ergo animal est homo; cum tamen nullo homine existente, sed animalibus alijs, sicut ante creationem Adam fuit, omne animal est. B. secundum obiectio & non homo; & nullum animal est rationale nec homo. Ad hoc autem quod solent obiectere, ergo quidem homo non est homo, dupliciter responderetur. Quidam enim simpliciter hanc concedunt, & si targutur vltius, ergo aliquid est homo, & illud non est homo, ille aliquid est. Sed quia ista magis ad Logicos, quam ad Theologicos pertinent, sufficiat istud loco breviter tergisse. Necessestis vero sequens realis & incomplexa est duplex: quædam est enim præsentialis, quædam autem causalis seu effectualis, ut quam propinquius potero, licet aliquentulum transsumimè, nomina eis imponam: Sequens autem necessitas realis & præsentialis à re presente sive à præsentiā dici potest. Hæc enim omnem rei præsentem necessitatem sequitur isto modo, quod omne quod est, quando est, hoc necessitate necesse est esse, sicut in tertia expositione Boetij dicebatur. Pro hac autem scientia dicit Anselmus 2. de concord. isto modo, quia ponitur res esse, dicitur ex necessitate esse; aut quia ponitur non esse, affirmatur non esse ex necessitate: Et infra, Quod vult libera voluntas, & potest, & non potest non velle, & necesse est eam velle. Potest namque non velle antequam vult, quia libera est; & cum iam vult, non potest non velle, sed eam velle necesse est, quoniam impossibile est illi id ipsum sumi, & vele & non vele. Et sequitur, Opus vero voluntatis cui datum est, ut quod vult, sic bifariam est necessarium; quia voluntas cogit fieri, & quod in non potest simul non fieri. Qui & infra 3. dicit futura esse necessaria in aeternitate & apud Deum, cuius causam assignat, quia ibi sunt præsens non futura, sicut superius est ostensum. Idemque 2. Cur Deus homo 17. D. Est, inquit, rei facit necessitatem esse. Est namque necessitas præcedens, quæ caria est ut sit res, & est necessitas sequens quam res facit. Præcedens & efficiens necessitas est, cum dicitur Coelum volvi, quia necesse est ut volvatur; sequens vero & quæ nihil efficit, sed fit, est: cum te ex necessitate loqui, quia loqueris. Hæc autem sequens necessitas non potest tantum exponi per necessitatem dictionalis seu consequentiale, quoniam sive res sit, sive non sit, sive loquaris, sive non loquaris, secundum eius sententiam 2. de concordant. superius recitatam, hoc dictum semper est necessarium de re quacunq; talis res est talis res, & tu loquens loqueris; & consequentia ista similiter. Si talis res est, talis res est; & si tu loqueris, tu loqueris. Hæc ergo non est illa sequens necessitas, quam dicit factam à rebus, sed illa realis necessestis supradicta, quæ necessitatis sequitur ex re omni. Hoc etiam verba sua sequentia contestari videtur. Hæc est, inquit, illa necessitas, quæ, vbi tractat Aristoteles de propositionibus singulatibus & futuris, E. videatur vitrūlibet destruere, & omnia esse ex necessitate astruere. Sed 1. per hermenias vlt. vbi Aristot. i statuta, non apparet ponai aliqua talis necessestis quæ possit videri vitrūlibet destruere, & omnia esse ex necessitate astruere, nisi necessestis realis & præsentialis predicta, quæ affirmat, quod omne quod est, quando est, necesse est esse; & similiter de eo quod non est: unde sic ait, Est quod est, quando est, & non est quod non est, quando non est, necesse est. Hanc quoq; intellectum Anselmi de necessitate sequentie testatur autoritas Roberti Lincoln. Superius recitatam in qua prima aliudque duplice ut necessestis aut eo, præcedens scilicet & sequentem: & infra ostendit, quod necessestis conditionis, quam Boetius assertit, non est necessestis consequentio, sed necessestis sequens quam prædictis, necessestis scilicet præsentialis, sicut in 3. expos. Boetij est ostensum: necessestis vero sequens causalis, seu effectualis, potest dici à causa vel ab effectu, & videatur esse illa necessestis consequentia inter causam non impeditibilem. ¶

& suum effectum, in 4. expositione Boetij supradicta, propter rationem & causam ibi similiter assignaram, & hunc intellectum satis attestari videntur Autoritates Anselmi cap. proximo allegatae. Et si quis obiecatur, quod tunc eadem esset necessitas antecedens & consequens ; descendam, hoc esse satis possibile, immo et necessarium diversis respectibus rationib[us]que diversis. Necessestas tamen ex precedens propriè & strictè accepta tantum est causa sive in causa in defectibili in causando, de qua secundo huius est dictum, & haec correspondet antecedenti logico in consequenti logico : necessitas vero sequens, realis, causalis, seu effectualis dupl[iciter] potest, sive in uno modo, ut sit tantum effectus, seu in effectu aliquimodo causa non impeditib[us] in causando, & correspondet necessitate precedenti prædicta, sicut effectus sufficientes, & passum agenti ; & haec assimilatur consequenti logico in consequenti logico : alio modo, ut quodammodo complectatur utramque, ut videlicet si necessitas consecutiva, sive consequio, seu consequentia ipsa realis inter causam huiusmodi & suum causatum, sicut consecutio, seu consequentia logica non sit in solo antecedente vel consequente, sed utrumlibet complectitur, & est quodammodo habitudo media inter illa ; & haec necessitas sequens realis correspondet toti consequenti logico. Ut cunctame est sciendum, quod necessitas antecedens sive præcedens habet dupl[iciter] intellectum. Nam uno modo accipitur, sicut hic est dictum, & sicut secundum huius eam definir, alio modo pro necessitate simpliciter & penitus absoluta ; haec enim omnem aliam necessitatem naturaliter antecedit, vel pro necessitate naturali effectus naturaliter necessarios præcedentes ; quod & videtur innuere Robertus Lincolniensis de libero arbitrio 3. vbi ait. Ex necessario secundum Boetij sententiam sequitur contingens, non tam ex necessario absoluto sive antecedente, quod cogit rem esse, sed ex necessario conditionis & sequente, quod permititur liberum esse. Qui & infra 10. necessitatem antecedentem & simplicem reputat pro eadem. Qui etiam in quadam questionum suarum de scientia Dei querente. Qualiter Deus scit ea que contingunt a casu, vel ex libera voluntate, distinguita dupli causa, scilicet antecedente & conjuncta, definiendo causam antecedentem ; est, inquit, causa antecedens, scilicet præordinans, ut secundum cursum naturæ evenerit aliqua res de necessitate, ut eclipsis Solis & Lunæ ; & infra, responso, quod Deus non est causa antecedens huiusmodi effectum, sed coniuncta, vnam obiectiōem possibilem fieri remouendo, subiungit. Facere Dei & eius scire idem est ; & non sequitur, Scientia Dei, quæ est causa rei, est exterius, ergo est antecedens ; antecedentia enim, de qua fit hic sermo, est eventus futuri secundum cursum naturæ necessaria præordinatio. Hoc etiam videatur consonare verbis & menti Anselmi de concordia & 2. Cur Deus homo. vbi fuerat allegatus. De concordia namque 2. negans necessitatem antecedentem in actibus liberis, in ortu Solis eam concedit. Etz. Cur Deus homo. 17. negans similiter necessitatem antecedentem à rebus liberi arbitrii, concedit eam in volubili motu Cœli. Nam violentia, sicut dicit, naturalis conditio nis cogit cœlum¹¹ vultu. Intelleximus etiam sancti Thomæ ex præmissis potest elici manifeste. D concedit enim necessitatem dicti, non rei, necessitatem consequentia, conditionis, & ex suppositione aliam vero negat. Necessestas namque conditionis, & ex suppositione ad modum suum loquendi, & ad communem modum loquendi Doctorum Parisiensem dupl[iciter] potest exponi. Quadam namque est dictionalis & complexa ; quodam vero realis & incomplexa : & haec duplex, quodam præsentialis, quodam autem consecutiva, causalis, seu effectualis, sicut de necessitate sequente Anselmi superius est dictum. Consequentia namque atque consequentia est duplex, dictionalis seu logica, & realis : & haec duplex, præsentialis & causalis seu effectualis, propter rationem & causam in expositione Boetij & Anselmi superius assignatam. Concedit igitur S. Tho. necessitatem dicti & consequentie pro necessitate simpliciter **absoluta**, secundum logicam Anselmi & antiquorum Doctorum superius recitatam. Necessestas vero rei & consequentis negat ad similem intellectum ; quod & verba sua indicant manifeste ; bona, inquit, est distinctio, quod est necessarium necessitate consequentia & non necessitate consequentis ; vel necessitate conditionata non. **absoluta**, sicut erat superius allegatum. Qui & 1. contra Gentiles 67. loquens de huiusmodi necessario. Hoc, inquit, non est necessarium ab solitate, sed sub conditione, & necessitate consequentia. Erintra 83. Licet Deus circa causam nihil necessario velit **absolutum**, vult tamen aliquid necessario ex conditione, vel ex suppositione. Et infra 85. Necessestas ex suppositione in causa non potest concludere necessitatem **absolutam** in effectu ; Deus autem vult aliquid in creatura non necessaria **absoluta**, sed solum necessitate, quæ est ex suppositione. ex voluntate igitur divina non potest concludi in rebus creatis necessitas **absoluta**; haec autem sola excludit contingentiā. Vult ergo S. Tho. ratiō negare necessitatem ab solitate contingentiā excludere. Necessestas autem consequentia, conditionis, & suppositionis realis, præsentiale concedit, sicut in assignatione cause necessitatis, quæ ponit, recitata

A recitata superioris clarè patet. Necessestam quog; consequentia, conditionis, & suppositionis realis, causalem, seu effectualem inuit & assertat, si sententia eius & verba inutre perscrutentur, quod & evidenter ostendit causa in 4^a. expositione Boetij superioris assignata. Alter autem & brevius potest dici, quod necessitas secundum eam non dicitur secundum causas superiores, sed inferiores tantummodo, sicut cap. proximum recitauit. Quando ergo negat necessestam ab actibus liberis, intelligit de necessitate respectu inferiorū causarum, sicut & cap. proximum allegauit. Secundum has quoque expositiones præmissas, aliquamq[ue] illarum intelligi potest Lumbardus ceteriq[ue] Doctores distinctiones huiusmodi facientes.

C A P. XXIX.

B

Obiec[t]it & respondet.



Xclusa igitur responsione fallaci, quæ munitiones necessitatis secundum causas superiores præmissas moliebatur suffodere, iam Pelagianorum clamoribus insultus inguit, quaqueversum : quorum primum & acutissimum telum est istud : Si homo necessitetur ad quodlibet faciendum, non peccat. Nam secundum Augustinum 3. delibero arbitrio 28. Nullus peccatio eo quod nullo modo caueri potest : Qui & de diuibus Animabus 18. Peccati, inquit, tecum tenere quenquam, quia non fecit quod facere non potuit, summe iniquitatis & infamie est. Quare & Hieronymus in explanatione fidei ad Damasum Papam ep. 32. Execratur, C inquit, eorum blasphemiam, qui dicunt impossibile aliquid homini esse præceptum à Deo, & mandata Dei non à singulis, sed ab omnibus in communione posse seruari : & sequitur, Librum arbitrium sic confitemur, ut dicamus nos semper diligere auxilio Dei ; & tam illos errare qui cum manichæo dicunt hominem peccatum vitare non posse, quam illos, qui cum Iouiano assertunt, hominem non posse peccare. Vnde & Apostolus 1. ad Cor. 10. Fidelis Deus qui non paritet vos tentari super id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouenantum, ut poteris sustinere. Quibus & concordanter Philosophus 3. Ethic. 12. Omnes & Philosophus. solas malitia incepertas dicit esse in nobis ; in nostra scilicet potestate : & 5. Metaphys. 6. Videatur, inquit, necessitas non increpabile aliquid esse recte. Item præcepta rationabiliter dantur hominibus ; ergo sunt simpliciter in hominum potestate, sicut testatur autoritas Hieronymi superius allegata. Vnde & Deuter. 30. Mandatum hoc, quod ego præcipio Dicatur, tibi hodie, inquit Moses, non super te est, nec procul possum, nec in celo situm, ut possis dicere, quis nostrum valet ad cœlum concendere, ut deserat illud ad nos, & audiamus ar- D que opere completemus? Neq[ue] trans mare possum, ut caueris & dicas, quis e[st] nobis valer transformare mare, & illud ad nos v[er]o que deferre, ut possumus audire & facere quod præceptum est : sed iuxta te est sermo valde in ore tuo & in corde tuo vi facias illum. Vnde & Philosophus 3. Ethic. 11. Quæcumque neque in nobis sunt, nec voluntaria nullus provocat operari, ut nihil autem opus existente suadere, pura non calesci, vel dolere vel cœlire : Nihil enim minus patiemur haec. Item tunc perire omnia inerit bonum, & malum ; omnis que libertas arbitrii, cum nihil sit liberum in hominis potestate. Item tunc omnes increpatio- nes vel laudationes, exhortationes vel dehortationes, orationes, & vniuersaliter omnes operationes bonæ & malæ ille superflua videbentur ; & etiam haec in parte est ratio Augustini 3. delibero arbitrio 1. & Philosophi 3. Eth. 11. Quare & idem Philosophus 1. per heremias vlt. probat non omnia esse aut fieri necesse, quia tunc non oportet nec consulari, neq[ue] ne- gotiari. Quoniam, inquit, si hoc facinus, ceteri hoc, si vero hoc non erit, haec ergo sententia om- E nem politiam subverit, omnes mores corruptit, & omnem subruit honestatem. Item ista sen- tientia reddit homines negligentes ad bonum, proclives ad malum, immo & presumptuosos si- maliter, aut finaliter desperatos, quare & eterniter perituros, quoniam secundum ipsam quic- quid secerint homines, vel non fecerint, non minus nec magis euident, vel non euident vni- versalia. Prater haec autem alii exemplares arguit ab aliis opponuntur. Multa, inquit, quidam, sunt que liberum possumus impeditre : Nam sicut exemplares arguunt, iste parvulus baptizatus finaliterque damnandus propter peccatum futurum, quod committere adiutorum potest statim occidi in gratia & salutem. Item omnes, inquit, experimur in nobis omnimodam libertatem ; ergo omnes habemus in nobis omnimodam libertatem. Vnde Aug. 3. de lib. arb. 1. Argutia

Augustinus

Hieronymus

Philosophus.

Philosophus.

Philosophus.

Philosophus.

Videt, inquit, & quodammodo tango & teneo vera esse quae dicas de animi scilicet libertate. A
Non enim quicquam tam fixum atque tam intime sentio quam me habere voluntatem, eaque
me moueri ad aliquid faciendum. Item si sic esset voluntas nostra, non esset in nostra libera
potestate, quare nec quicquam omnino, dicente Augustino 3. de libero arbitrio. quid me-
um glicem proflus non inuenio, si voluntas, qua volo & nolo, non est mea. Item tunc De-
us esset Autor peccati, ergo non iustus accusator nec vtor. Item dicunt, Illum nolo pro
Deo meo habere, qui me impellit ad malum. Item tunc difficultas & ignorantia in nullo
excusare peccatum, quia nec impossibilitas evitandi. Item tunc ante lapsum hominis
in peccatum; non fuisse maior possiblitas seu libertas vitandi peccatum, quam nunc
post lapsum, contra Petrum secunda sententia distinctione vigesima quinta, & contra Bernar-
dum & similiter Hugonem: Tunc enim non potuit vitare peccatum, nisi de absoluta poten-
tia, nec hunc potest. Item necessitas naturalis aucta fatalis repugnat merito, ergo & quelli-
ber alia. Item tunc non esset maior libertas in homine quam in bruto: Homo namque non
potest non facere quodlibet faciendum ab eo, nisi de potentia absoluta, & sic & non alter
potest brutum. Item tunc homo non potest peccare, quia necessitas est cum in omnibus
semper velle, sicut Deus vult eum velle, & hoc est velle iustæ & rectæ, sicut per Ansel-
Augustinus mus de libero arbitrio 3. & de Concordia 5. patet. Item tunc non esset maior libertas in
viatore quam in comprehensore finaliter confirmato. Non enim potest viator in oppo-
situm aliquo quod faciat, nisi de potentia absoluta, & hoc potest similiter comprehen-
sor; quare nec iste potest magis mereri quam ille, inquit & est confirmatus finaliter iurabile.
Item si futura qualicunque necessitate euenerat, hoc est propter voluntatem diuinam, quia
scilicet Deus vult illa fore; ergo voluntas sive voluntio diuina est causa necessitatis iustus, &
naturaliter prior ipsa, ergo potest esse sine illa necessitate: ex voluntate igitur diuina respe-
ctu futurorum non necessariò sequitur necessitas futurorum. Item voluntas de se est libera
secundum contradictionem; ergo Deus potest sibi absistere tali modo, quod utratur liberè sua C
huicmodi libertate. Item perfectius est, Deum si assisteret voluntati, quod ipsa liberè, quam
quod necessariò operetur; ergo hoc, & non aliud, tribuendum est Deo. Item tunc nullus pec-
cat omittere quod debet, dicente Aug. de duabus Animabus 18. Peccati reum tenet quen-
quam quia non fecit, quod facere non potuit, summe iniquitatis & infausta est. Item tunc Deus
nihil permitteret nisi quod propriè ageret, nec permissione & actio Dei different, nec voluntas
permissionis à beneplacita voluntate: Cuius oppositorum orantes Doctores cōcorditer astestan-
tur. Item tunc Deus veller & amat peccatum, contra illud Psalmi 5. Non Deus volens ini-
quitatem tu es; & contra illud 44. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. Item multæ
autoritates canonica istud dantur. Vnde Gen. 4. Sub te erit appetitus eius, & tu domi-
Gensis.
Ecclesiast.
Apostolor.
Anselmu.
Bedae.
Boetius.
naberis illius; & Ecclesiastici 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in ma-
nu consilii sui, &c. qui sequuntur; & 1. ad Cor. 7. Qui statuit in corde suo firmus non ha-
bens necessitatem, potestatem autem habens sive voluntatis, & hoc iudicauit in corde
suo seruare virginem suam, bene facit: Quibus & sunt alii plurimi similes in litera &
in sensu. Item si omnia necessariò euenerint respectu causarum superiorum, hoc esset
necessitate præcedente contra Anselmum 2. Cur Deus homo. 17. ostendenter, quod a-
ctus liberos hominum atque Christi non est nec fuit necesse fieri, necessitate præcedente, sed
tantum sequente: Vnde sic ait: Præcedens & efficiens necessitas est, cum dicitur cœlum
volui, quia necessitas est ut voluerit; sequens vero & quod nihil efficit, sed fit, est cum dico te ex
necessitate loqui quia loqueris: Cum hoc dico, significo nihil facere posse ut dum loqueris,
non loquaris; non quod aliquid te cogat ad loquendum: Nam violentia naturalis condicio-
nis cogit cœlum volui, te vero nulla necessitas facit loqui. Et infra, hac sequente & nihil
efficiente necessitate, quoniam vera fuit fides & propria de Christo, quia ex voluntate,
non ex necessitate moriturus erat, necessitas fuit, ut sic esset; hac homo factus est, hac fecit &
passus est, quæcumque fecit & passus est; hac voluit quæcumque voluit. Ideo enim necessitas &
fuerunt, quia futura erant, & futura erant, quia fuerunt, & fuerunt quia fuerunt; & si vis
omnium quæ fecit, & quæ passus est veram scire necessitatem, scito omnia ex necessitate
fuisse, quia ipse voluit; voluntatem vero eius nulla præcessit necessitas: Quare si non
fuerunt nisi quia ipse voluit, si non voluisse non fuisse; sicut itaque nemo tulit animam eius
ab illo, sed ipse posuit eam, & iterum sumpsit eam, quia potestatem habuit ponendi ani-
mam suam, & iterum alium dendi eam, sicut ipse dicit: Idem de Concordia 3. 4. & 2. dicit
res liberarbitrij priusquam fiant apud hominem, & per liberam voluntatem & in tempore
posse mutari, sicut vigesimum septimum & vigesimum octavum huius plenius allegant.
Boetius etiam 5. de Consolatione Philosophie prosl. ultima. Quæ, inquit, de libero profi-
ciscun-

Et ciscuntur arbitrio, priusquam fierent, non evenire potuerint. Anselmus quoque de Con-
cordia 2. sic ait, Si queratur de peccato ipsius voluntatis cum peccatum volendo, virum sit ne-
cessitate; respondendum est, quia si cur non vult necessitate, ita non est peccatum, voluntas
necessitate, nec necessitate operatur eadem voluntas. Robertus etiam Lincolniensis Lincolni-
De libero arbitrio 10. dicit, quod Petrum prædestinatum salutari, non necessariò, sed con-
tingenter est necessarium sic salutari; & addit, sed necessarium dico necessitate consequente,
non antecedente. Item Bernardus de gratia & libero arbitrio 4. & 5. distinguens triplicem li-
bertatem, a peccato, à miseria, & à necessitate, dicit uirum libero arbitrio conuenientem: Vnde
& sic ait, Libertas à necessitate & à indifferente Deo, vniuersæque creature rationali
conuenit tam bone quam male. Et ut in paucis multa dicam, Autores quamplurim: addu-
cantur, omnes ferè Autores Logici, & Philosophici, & verè omnes Theologici videntur ne-
cessitatem ab actibus liberis abnegare. Quare & Robertus Cantuariensis Archiepiscopus Robertus
condemnauit Oxoniæ quandam errorem dicentem, quod Omnis propositio de futuro vera
est necessaria: & Stephanus Parisiensis Episcopus damnauit Parisijs quandam alium errorum
ponentem, quod nihil sit à casu, sed omnia de necessitate venient, & quod omnia futura quæ
erunt, de necessitate erunt, & quæ non erunt impossibile est esse, & quod nihil euenerit contin-
genter considerando omnes causas; Error, inquietus, quia concursus causarum est de defini-
tione causalis, libro de Consolatione. Item alium iudicat hoc forma, quod Deum necessaria est
facere, quicquid immediate sit ab ipso: Error, siue intelligatur de necessitate conditionis,
quia tota libertatem; siue de necessitate immutabilitatis, quia ponit impossibilitem ali-
ter faciendi. Bernardus etiam epistola sua decima ad Papam Innocentium reputat dī-
ctum Petri Abeldi hereticum, quod videlicet ex se lummodo Deus possit facere vel di-
mittere, vel eo modo tantum, vel eo tempore quo facit non alio: quod & idem Papa ve-
pat per suum scriptum inter epistolam Bernardi pro decima quarta recitatum tanquam her-
eticum condemnauit. Quædam vero rationes ostendentes necessitatem predictam destruere
moliuntur vel necessitatem istam per illas, quoniam, sicut dico, si rationes opinionis huius o-
stendant, quod omnia quæ euenerint, euenerint de necessitate causarū superiorum, potest ostend-
di similiter, quod omnia quæ euenerint, euenerint de necessitate causarū inferiorum, quia neces-
sariò implebitur voluntas diuina per has, sicut per illas. Iterum aiunt, per rationem huius opin-
ionis potest ostendere ius oppositum, vel latens possibilitas eius oppositi. Deus namq; potest
velle aliquam creaturam posse agere liberè sine necessitate quacunque; quod si arguitur à
quibusdam, Deum velle creaturam liberè agere, dicitur est à Deum velle creaturam ne-
cessariò agere; ergo hoc velle potest ab alio separari, & cum voluntas Dei sit effectus, pos-
sibile est creaturam liberè agere sine necessitate quacunque. Præterea inquietus, si tecum
rationem opinionis iustus, quia Deus vult omnia futura euenerire, ideo de necessitate
euenerint; ergo tunc rationes, quia Deus vult alia futura posse nullatenus euenerit, nece-
ssitatem est alia futura posse nullatenus euenerire; ergo possibile est aliqua futura nullatenus eu-
enire, & necessitatem omnia futura euenerint, quæ plausimè contradicunt. Porro, quicunque Re-
spondeat, scito veritatem circundatus ab his & similibus Pelagianorum sagittis arque incuribus, et
amis demonium meridianum conduxit, non timebit. Primum siquidem argumentum
est proprium argumentum Pelagi & suorum. Hoc etenim argumentum, tanquam
Pelagi proprium, recitat Augustinus prima Retractionum 9. & De natura & gratia 67. *Augustinus*
& respondet: Ille namque liber, sicut patet prima Retractionum 9. & secunda Retra-
ctionum 42. contra quendam librum Pelagi erat scriptus. Hoc etenim argumentum que-
si sub sua forma recitat Augustinus à Cœlestio Pelagiano de perfectione iustitiae 1. & sub
alia forma, eadem tamen peruersitatis sententia, multis locis sequentibus, & respon-
det. Venerabilis quoque Beda contra Julianum 12. recitat eandem argumentum ex epistola
eius ad Demetriadem, de qua trigesimum quintum primi meminit, & respondet. Quos
& Petrus sequitur secunda sententia distinctione vigesima octava, recitat à Pelagianis hoc
idem, & solvit. Verum quæ hoc est eorum fortissimum argumentum, illud parumper opero-
sus pertractabo: Hoc siquidem argumentum potest similiter fieri de bene mereri, sicut de
peccare. Nam si nullus peccat in eo quod vitare non potest, eadem ratione nec ullus mereret
in eo quod vitare omittetur; non potest; quod falsum est de Christo & de Angelis confor-
mati scundum sententiam aliquorum, ut in primo huius & in probatione corol. eius patet,
quod & secundum huius ostendit. Omnis etiam qui nascit meretur, necessariò nascit meretur, quia
secundum illud vulgatum Philosophi, Esse quod est, quando est, necesse est: quod & patet
apertius, si quis meretur in primo adulacionis seu eniglatonis instanti, vel si Angelus aut
homo creatus cum necessarijs ad merendam meruerit in eodem instanti, sicut & fuit de
Christo

1^a. Expositio Aug.2^a. Expositio.3^a. Expositio.

Christo secundum naturam humanam : alias enim in merito non profecisset, contra omnes A Doctores Catholicos illud Luc. 2. Iesus proficiebat superierit, & gratia apud Ehem & homines, Catholicos exponentes ; quorum multos ibi recitat glossa Thomas, solus autem Ambrosius videtur lenire contrarium ; sed Petrus 3. fere, dist. 13. ipsum reducit ad concordiam aliorum. Hoc idem tenet Gregorius super Ezechiel 1. homil. 6. quem & recitat idem Petrus. Codem 3. distinctione 18. qui & utraque distinctione predicta idem ostendit & tenet. Hoc etiam totum potest haberi ex ostensione octauis corollarij, quinti huic. Item qui istam necessitatem in iheritis vult vitare, pone cum Pelagio hereticu contra veritatem catholicam, merita nostra nequaquam à Deo, sed sicutum à nostro libero arbitrio proficiunt, sicut patet per beatum Augustinum de gratia & libero arbitrio 16. & 17. sicut utriginatum octauum primi plenius allegavit : quod & potest constare ex 45. & 46. primi & alijs locis multis. Item nullus peccat nisi in eo quod vitare non potest, saltem pro presenti, quia nullus peccat nisi peccato praesenti, quod quando est, necesse est esse. Et si quis dixerit, quod prius potuit illud vitasse, non instat nec responderi, quia eti. prius potuit, nunc non potest, non ergo vitat, quin omnes qui peccant, peccant eo quod vitare non potest. Hoc idem potest evidenter argui de peccante in primo instanti adulteris, curacionis à furia, seu euigilationis à furioso, vel etiam instanti primario sui esse : Hoc enim videtur possibile de peccare, cum sit possibile de mereri, sicut superius est ostensum. Item qui sic arguit, evidenter inquit & supponit, quod quilibet homo propriis viribus diuinis non adiutus possit tentationem quamlibet superare, peccatum quoilibet evitare, perseverare quoque finaliter ex se solo, ac etiam mereri, & age-re, vel saltim prægere quidlibet ex scipio : Hoc autem quot heres & errores continet, quartum secundi cum quinto sequentibus, utriginatum octauum primi cum quadragesimo quinto & quadragesimo sexto eiusdem, vigesimo secundi cum eiusdem trigesimo, & pluribus alijs lucide manifestant. His autem istis argutoribus, & eorum argumento per viam instantiae redargutis, iam supereft ipsum directe soluere argumentum, cuius recta solutio est peccati eius ostensio : Peccat siquidem mortaliter insanabiliterque in forma, sicut corollaria primi & secundi huius ostendunt. V eraciter decimum huius cum suo corollario multum artificiosius, elucidatius, distinctius atque formalius respondebit. Ad autoritatem vero beati Augustini & ad alios similes potest multipliciter responderi. Primo, quod potest intelligi congrue isto modo, quod nullus peccat in eo, quod non facit liberum libertate contradictionis & contingenter ad utrumlibet, sicut quartum & quinatum huius ostendunt ; ita quod quantum est de potentia voluntatis per se nuda & absolute considerata, posset illud non facere. Et simile est similiterque dicendum de quolibet aequilibero bono vel malo aut in differenti, si ponatur secundum substantiam ipsam actus. Secundo & concordanter cum expositione priori, & cum processu priori, & cum processu & litera potest dici, quod Augustinus intendit ibi remouere ab homine necessitatem naturalem peccandi, ita quod nullus peccat in eo quod vitare non potest possibiliter natura, sed faciliter illud necessitate natura : Vnde supra eiusdem D 3. 26. Si hoc debet quisque quod accepit, & sic homo factus est, ut necessariò peccet, hoc debet ut peccet : quod si scelus est dicere, neminem natura sua cogit ut peccet. Et infra 28. improba, inquit, voluntas malorum omnium causa est, quod si secundum naturam esset, conservaret utique naturam, & ideo non esset improba ; vede colligitur radicem omnium malorum non esse naturam. Hunc etiam intellectum 10^o. huius probat, docens librum Augustini de libero arbitrio suisse conscriptum contra Manichæos, ponentes in homine duas animas naturales, bonam & malam, malamque animam facere necessitate naturae. omnia mala facta ; quare & post autoritatem ultro recitaram, quæ dicit radicem omnium malorum non esse secundum naturam, immedieate subiungit, quod sufficit aduersum omnes qui volunt accusare naturam. Oportet ergo correspondenter, elenchicè intelligere & expondere illum librum, sicut nunc tangebatur, & superius decimo huius plenius docebatur. Adhuc autem tertio non minus concordanter cum processu potest præmissa auctoritas sic exponi, quod nullus peccat in eo quod nullo modo caueri potest etiam velit, sed holenter & iniuste contingit, ut sic necessitatem violentam cogentem & iniuriam remoueat à peccante. Iste namque est creber modus loquendi vulgarium & Doctorum ; possunt si volo, potes si vis, potest si vole facere hoc vel illud. Quid enim facilius, quid liberius quam facere quid, si volo, & non facere si non velo? Quod autem iste sit intellectus Augustini, videatur ex verbis eius & processu 3^o. de libero arbitrio 28. vbi fuerat allegatus. Ostendo namque quod voluntas est causa peccati, inquit vterius. Nunquid ipsius voluntatis sit aliqua causa prior, cui recte impetratur peccatum ; & probato quod non, quia non ei obtemperet voluntas, & non peccabit, obicit in persona querens, An forte violenta est, & cogit iniurum ; & respondet, docendo non sic esse

A esse & que ad finem capituli memorati. Secundum hanc ergo necessitatem & libertatem ei oportunitam, oportet rationabiliter accipere & intelligere sua verba ; alias enim non facerent ad propositum quod subveniat. Supra quoque 26. ait, Nemo em natura sua cogit ut peccet, sed hoc aliena. Non enim quicunque dum id quod non vult patitur, peccat : Nam non peccat in eo quod patitur iniucus. Qui & infra 29. dicit, Nec mirandum est, quod homo vel ignorantia non habet arbitrium liberum voluntatis ad eligendum quid recte faciat, vel resistente caruia consuetudine, quia violentia mortali successione quodammodo naturaliter inolevit, videat quid recte faciendum sit, & velit nec possit implere. Illa enim est peccati poena nullissima, ut amitteret quis quo bene vti noluit, cum sine villa posset difficultate, si vellet ; quod & de natura & gratia 68. recitat approbando. Qui adhuc infra eiusdem 3. 31. scribit, Rerum creator ostendit quanta facilitate potuisse homo, si voluisse, reunere quod factus est, cum profes eius potuit etiam superare quod nata est ; & subsequenter 36. ait, Autor animæ tantum illi praestit dignitatis, ut in eius etiam potestate poneret, si vellet, ad beatitudinem tendere. Qui etiam supra 3. ostendens quasi definitiæ, quid sit esse in potestate nostra ; Non possum, inquit, siud sentire esse in potestate nostra, nisi quod cum volumus facimus. Idem de spiritu & litera 26. volens inquirere, An fides in nostra constituta sit potestate, prius ex intentione & multum diligenter inquiret quid sit potesta, & tandem determinando finaliter, & quasi definitiæ notificando quæsumus, sic ait ; Hanc dicimus potestarem, vbi voluntati adiacet facultas faciendi : vnde hoc quicunque in potestate habere dicitur, quod si vult, facit, si non vult, non facit. Hoc idem istis concorditer attestatur eiusdem auctoritas, 5. de Civit. Dei 10. posita nona huius. Cui & concordanter Anselmus 2. Cur Deus homo. 10. Omnis, inquit, potestas sequitur voluntatem ; cum enim dico, quia possum loqui, vel ambulare, subiudicior si volo : si enim subintelligitur voluntas, non est potestas, sed necessitas. Item Augustinus Enchir. 75. Nec Deus iniuste noluit quodammodo saluos fieri, cum possent salvi esse si vellent. Idem de fide ad Petrum 57. & allegatur 2. sentent. Lumbardi dist. 39. quamvis male, quia in Ecclesiasticis dogmatibus ; Firmissime, inquit, tene, primos homines bonos & rectos esse creatos cum libero arbitrio, quo possent, si vellent, propria voluntate peccare, eosque non necessitate, sed propria voluntate peccasse. Idem Hypognost. 28. tractans illud Ecclesiastici 15. Deus ab initio fecit hominem, & reliquit illum in manu consilii sui, &c. In manu, inquit, possibiliter intelligitur ; ipsa est prima gratia, qua primus homo stare potuisse, si seruare Domini mandata voluisse. Idem de gaudiis iustorum & peccatorum, sive de triplici habitaculo ; Si præscientia Dei non potest vitari, non potuit homo aliter peccare nisi voluntate, nulla alia via cogente, quia ita eum præscivit Deus peccatum : Si ergo voluntate, non coactus, ductus est ad peccandum, potuit sine dubio non peccare si vellit ; ideo peccatum meruit, quia non iniuitus peccauit. Idem de corruptione & gratia 148. Homo posse permanere in bono si vellet : qui & infra 49. 59. eandem sententiam repetit & confirmat. Idem de natura & gratia 44. Deus tam hominem fecit, qui peccati modo carere sufficeret si voluisse. Item Hieronymus super illud Ezech. 33. Si dicente me ad impium. Impie, morte morteris, non fuis locutus, ut scilicet audias, &c. Ex his, inquit, dicimus, posse hominem quamvis impium & iniquum, si magistri verba audierit, & penituerit à sua impietate, saluari, nec minus magistrum damnari, si non docuerit, & in utroque liberum seruari arbitrium, dum & in magistri voluntate est vel libertate taceret vel loqui, & auditoris vel audire, & facere, & saluari, vel contemnere & contemni petire. Veritas etiam ipsa dicit, Semper pauperes habent vobiscum, & cum volueritis potestis illis benefacere, Marc. 14. Nec sic loquuntur Autores de solis hominibus, quoniam in deo & deo. Vnde Alzazel 3. Metaphys. sententia 8. Primus est potens, quod sic intelligitur ut faciat cum voluerit, nec faciat cum noluerit, & dicitur possit destruere ens vniuersum, quia hoc faciet si voluerit ; ergo potens est super omne illud quod est possibile, ex hoc sensu, felicit, E quod si vellit, faceret. Quem & secutus Anselmus 2. Cur Deus homo. 10. inquietens vitum Christus peccare potuit & mentiri, & respondens negatiæ, ostendit quid sit potestas & posse. Omnis, inquit, potestas sequitur voluntatem. Cum enim dico, quia possum loqui, vel ambulare, subiudicior, si volo, &c. sicut superius recitamus, & sequitur. Possimus itaque dicere de Christo, quia potuit mentiri, si subiudicior, si vellet, & quoniam non potuit mentiri volens, nec potuit velle mentiri, non minus dici potest ipsum nequivisse mentiri ; sic itaque potuit & non potuit mentiri. Qui & infra 17. inquietens vitum Christus potuit vitam suam seruasse, simili modo responderet ; & supra primi inuit illud idem. Item Augustinus Hypognost. 61. Summus Deus habet potestatem, si velit, tam per indebitam gratiam malos salvare, quam iusto iudicio futuro gehennæ supplicio reservare. Quapropter & Sapiens sapienter Sap. 12. dicit Deo, Subest tibi, cum volueris, posse. Hoc idem facit Euangelij veritas attestatur,

attestatur, Domine, inquietus; si vis, pones me mundare, Matth. 8. Ex illis omnibus, sicut A spacio, evidenter apparet, quod Autores & Autoritates dicentes homines possunt vitare peccata quæcumque, possunt conuenienter exponi modo prædicto, videlicet, quod possunt, si velint, verumamē sine dubio. ex se solis, aut antecedenter ad Deum, hoc velle non possunt, sed cum Deo, & ex Deo antecedenter, sicut viceſimum & tricelimum ſecundi declarant. Vnde & potest elici quarta expositio Autorum & Autoritatem huiusmodi non minus consona veritatis. Cū enim dicunt Autores, quod homo potest vitare peccatum, verum est, si Deus voluerit, si Deus voluerit adiuuare, & auxilio Dei iuncto: aliaſ enim nūlius potest vitare peccarum, ſicut ſuperius eſt oſtentum. Vnde & Augustinus de perfectione iuſtitie 33. Si quis, inquit, ſcilicet Coeleſtius, dixerit, Potest fieri vt homo velio verbo non peccet; respondendum eſt, Si vult Deus, potest; vult enim Deus, ergo potest. Item ait, ſcilicet Coeleſtius, Si quis dixeris, Fieri potest vt homo non in cogitatione delinquat; respondendum eſt, Si vult Deus, potest; vult enim Deus, ergo potest. Hunc enim modum loquendi, licet videtur Coeleſtij, non reprobat, ſed potius approbat Augustinus. Hanc quoque ſententiam, etiā videat Coeleſtij, Augustinus non negat totaliter, ſed magis affirmat. Quis enim negaret hominem, ſicut virginem benedictam, per Dei omnipotentis auxilium poſte vitare quocunque peccatum, vt certo tempore vel nunquam in aliquo delinqueret? Quare & statim ſubiungit, videre quemadmodum voluerit dicere, si Deus adiuuerit, potest, cui dicitur; Adiuuerimus eſto, ne derelinquas me, non utique ad corporalia bona capessenda, & mala cauenda, ſed ad gerendam pefciendamque iuſtitiam; propter quod dicitur, Ne nos inferas in tentationem, ſed libera nos à malo. Reſpicio do ita processum Auguſtinij ante & post, cui- B denter apparet, ipſum velie negare aliquem hominem pro ſratu preeſtis miferie elle de facto ſine peccato, vel etiam poſte elle viribus ſuis tantum, poſſe tamen hominem per Dei auxiliū vitare peccatum concedit. Vnde & ſupra 2. recitat primum argumentum Coeleſtij sub hac forma; Interrogandus eſt qui negat hominem in ſine peccato eſſe poſſe, quid ſit peccatum quod vitari potest, aut quod vitari non potest: si quod non potest, peccatum non eſt; si quod vitari potest, potest homo ſine peccato. C. eſſe: nulla enim rationalis iuſtitia paruit dici peccatum quod vitari nullo modo potest: & responderet Auguſtinus poſſe vitari peccatum, ſi natura iuſtitia gratiā Dei per Iesum Christum. Sanetur, inquit, & ſupple, ſana feretur; ſicut patet per eum de natura & gratia 26. Et in ſententijs Proſperi 13. ſicut quinto & octavo ſecundi plenius allegatur. Erifioſta recitat decimum quintum argumen- D tum Pelagi. Si eſt aliquod peccatum quod vitari non poſſit, quomodo iuſtus Deus dicitur, ſi imputare cuiquam creditur, quod vitare non poſſit? Et responderet, quod peccatum vitari potest, quando voluntas humilis adiuuatur. Idem de correptione & gratia 71. dicit, quod damnatio aliquius per Episcopale iudicium potest, si Deus voluerit, in corrugatione falibet inam cedere. Item venerabilis Beata contra Iulianum 12. recitat ab eo illud hereticum argumentum, Aſcribitur iniqutatem iusto, pio crudelitatem, dum eum primò imposibile aliquid præcepisse conqueritur; dcinde pro his, damnandum ab eo putamus hominem quod vitare non potuit: & responderet, quod verum dicit, ſi ad Dei respicuit auxilium, cui catholica vox ſupplicat dicens, Deduc me in ſemita mandatorum tuorum; Si vero viribus animi ſui fidit, refellit veridicam eius ſententiam, qua dicit, Sine me nihil potestis facere. Amplius autem vt huius autoritatis authenticii Auguſtinij indubitate recipias veram glossam, audi ipſumnam Auguſtinum 1. Rerat. 9. eandem autoritatem obiectam ſibi à Pelagio exponentem, quis, inquam, peccat in eo quod nullo modo caueri potest? Peccatur autem, caueri ergo potest. Quo reſtimonio meo in quodam libro ſuo Pelagi viſus eſt in hiſ atque huiusmodi verbiſ meis, quia gratia Dei commemo- E rata non eſt, putant Pelagiani ſuam nos tenuiſſe ſententiam, ſed truſta: Voluntas quippe eſt qua peccatur, & recte viuit; ſed voluntas ipſa, niſi Dei gratia liberetur à ſeruitute peccati, & vt virtus ſuperet adiuuatur, recte pie que viui à mortalibus non potest. Quem & 2. ſententia viceſima octaua, tam in oppositione quam in reſpoſione Petrus ſequitur non a longe. Aūdias etiam Auguſtinum de natura & gratia 67. eandem autoritatem à Pelagio pro ipa heretici allegaram, exponentem clarissime & glossantem. Dicit Pelagius, Item, inquit Auguſtinus Episcopus in libris de libero arbitrio, Quæcumque iſta cauſa eſt voluntatis, ſi non potest ei refiſti, ſine peccato ei ceditur; ſi autem potest, non ei cedatur, & non peccabitur. An recte fallit, incautum? Ergo caueri ne fallatur. An tanta fallacia eſt vt caueri omnino non poſſit? Nulla ergo peccata ſunt: Qui enim peccat in eo quod caueri nullo modo potest? Peccatur autem, caueri ſicut potest. Agnoſco, verba mea ſunt; ſed etiam ipſe dignetur agnoſcere ſuperius cuncta: quae dicta ſunt;

A De gratia quippe Dei agitur, quæ nobis per Mediatorem medicina ſupitulator, non depofitaria iuſtitie: potest ergo ei cauſe, quæcumque illa eſt, refiſti; potest plane. Nam in hoc adiutorium poſtulamus dicentes, Ne nos inferas in tentationem, quod adiutorium non poſſeremus, ſi refiſti nullo modo poſte credereſemus: "Quodlibet ergo peccatum poſte caueri, fed potest illio qui non poſte falli: nam id eo dicimus, Ne nos inferas in tentationem. Ad aliam verò autoritatem Auguſtinij de duabus animabus, iam immediatè premissa, & deci- B miam huius reſpondent, & ſpecialiter expositio ſecunda, quia ille liber agit contra Mani- chæos, ſicut decimum huius diſi. Respondeo igitur, ſicut ſecunda expositio & decimum huius dicent; Erit modo confideret respondeo, quia Auguſtinus i. Rerat. 15. hanc li- blum de duabus animabus retrahens, ad eandem autoritatem ſuam à Pelagianis ſub illi obie- C ctam, & ad similes eiusdem libri ſimili modo reſpondet. Quare & Petrus 2. ſententia diſt. 28. tam. recitata autoritate Auguſtinij p̄dicta, b. 5, inquit, auditis, exilijs Pelagi dicens, Cur igitur B parueli & illi qui non habent gratiam, ſine qua non poſſunt facere mandata diuina, rei tenen- tur? Et ſuſdit ſententiam reiponſoriam Auguſtinij, Haec; inquietus, qua occaſione dixerit in libro Rerat. Pelagio reſpondens aperit. Id enim contra Manichæos dixit, qui in homine duas naturas eſt, contiuantur, vnam bonam ex Deo, alteram malam ex gente tenebrarum, conce- quia nunquam bona ſuit, nec bonum veile potest; quod ſi eſſet, non videretur ei impun- dum eſt, ſi bonum non faceret. Ad autoritatem verò Hieronymi ſimiliter reſpondendum: ipſa namque loquitur contra Manichæos expreſſe. Ad autoritatem verò Apoſtoli reſpon- dendum, per trias expositiones premissas. Expositio namque prima potest elici congrueret ex illo verbo, Non patietur vos tentari ſupra id quod potestis. Nam per hoc innuit, quod tentatio non eſt, nec erit fortior, quam potentia voluntatis, ſicut tertium ſecundi docet. Tertia verò expositio ſupradicta ſatis potest haberi ex illo verbo potestatis, & poſſit, ſcili- cet, ſi velitis. Expositio autem quarta innuit eiudenter cum dicit, quod Deus non patietur C vos tentari ſupra id quod potestis; quasi diceret, ex Deo eſt, & ex diuino auxilio, vos non ten- tari ſupra id quod potestis, quod adhuc verbum ſequens expreſſius manifeſtar, ſed faciet, in- quia, cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtiner, quasi diceret manifeſte. Ex eius faſtione adiutrice, & prouentu auxiliū ſui habetis, quod tentationem ſuſtiner poſſitis, ſicut & quartum ac quintum ſecundi declarant. Ad primam autoritatem Philoſophi nouum huius reſpondet; ad ſecundam verò autoritatem eiusdem reſpondet diſtinzione de neceſſitate, decimo huius ſcripta. Loquitur enim [ibid] de neceſſario violento: aſignans namque tertium mo- dum neceſſarij, Amplius, inquit, vim faciens & vi, hoc autem eſt quod præter imperium, & prævoluntate impediens & prohibens: violentum enim neceſſarium dicitur, quapropter & triste, ſicut & Egenus ait. Omnis enim res neceſſaria tristis eſt vt viſi, neceſſitas quedam, vt Sophocles dicit, Si viſ me hoc facere, cogit, & videtur neceſſitas non eſſe increpabile aliudi- & recte: contrarium enim motu ſecundum prævoluntatem & ſecundum excoſitacionem. D Argumentum de præceptis non magis obuiat huic ſententiae, quam dicentii Deum agere libe- ros actus noſtros, & Dei gratiam ad obſeruantem mandatorum neceſſarij requiriunt. Eſt igitur illud argumentum Pelagianum, hereticum, execrandum, ſicut viceſimum octauum ſecundi ostendit, quod & nihil dominus plenè ſoluit. Vnde & Auguſtinus ſuper illud Psalme 118. Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum &c, fermone 27. dicit ita. Quid eſt paruulus, tuū humiliſ & infirmus? Noli ergo ſuperbit, noli de te, que nulla eſt, virtute preſumere ac intelligere, ſicut ſit de bono Deo bona lex data, que tamen viuificare non poſſit? Ad hoc enim data eſt, vt de magna paruulo faceret, vt te ad ſeſiendam legem, vites de tuo non habere monſtre; ac ſi opis indigens & egenus ad gratiam conſugeret, & clamaret, Miserere mei, Domine, quoniam infirmus ſum, Ita Domine, Ita fac misericors Domine, Im- perra quod non poſſit impleri, ita impara quod non poſſit nisi per tutam gratiam impleri, vt cum homines per suas vires adimplere nequiverint, omnes obſtruantur, & nemo ſibi magnus videatur. Quis enim facit mandata tua ſic ſuſtinet ſuſtinet, id eſt, ex fide qua per dilectionem operatur, niſi in eius corde per ſpirituſ ſanctum ipſa dilectio diſfundatur? Non enim qui ſpiritu agunt, ſed quotquot ſpiritu Dei aguntur, hi filii ſunt Dei; non quia nihil agunt, ſed ne nihil agant boni, a bono aguntur vt agant. Ad autoritatem verò Hieronymi & Deuteronomij reſpondendum, ſicut ad primam autoritatem Auguſtinij ſuperius eſt reſponduti; au- toritas quoque Hieronymi expoſita erat prius. Pro autoritate verò Deuter. eſt ſeſiendum, quod eundem locum ſcripture cum multis ſimilibus obiicit Coeleſtius Pelagianus contra Auguſtinum de perfectione iuſtitie 32. & Auguſtinus responderet, ſicut in quarta expositione prime autoritatis ſuę reſponſum eſt prius, prout viceſimum octauum ſecundi plenius recitauit. Au- toritas autem Philoſophi poſſet per nonum huius exponi, ipſa tamen ſeipſam expoſit: que-

II iterum

II itaque

cumque, inquit, nec in nobis sum, nec voluntaria &c. & verum est, quod ad nos voluntaria A nullus rationabiliter prouocatur: nec propter hoc perit aliquid meritum, licet corollaria pri-
mi & secundi huius ostendunt; nec etiam libertas arbitrii, sicut eadem corollaria manifestant. Nam quomodo sequitur, quia Dei voluntas non impedibilis, sed omnipotensissime efficax, vult hominem liberè operari, ideo ipsum non liberè operari? Imò non hoc [sequitur] sed op-
positum sequitur manifeste, ipsum videlicet liberè operari, imò & necessario liberè operari, necessario, inquam, necessario 27. huius dicta; & hæc est finaliter responsio Augustini & An-
selmi, sicut evidenter testantur autoritates eorum. 3. de libero arbitrio 2. de gaudiis iustorum
& pœnis malorum; de concordia 1. & elia multe 10. huius plenius recitata. Hæc ergo senti-
entia nequaquam liberum arbitrium permit, sed inuiolabili stabilitate fundat & firmat, pro-
tegit & defendit. Verumtamen summa libertas & maxima est in solo summo Deo, summe &
maxime libero, sicut quinque huius & decimum manifestant: in inferioribus autem causis in-
terior est libertas, sicut eadem capitula docuerunt. Quod autem arguitur, increpationes, lau-
dationes, exhortationes, vel dehortationes, orationes &c. huiusmodi debere superflua repu-
tari, non magis impugnat 27. tertij, quam 20. secundi aut 23. primi libri: nec argumentum
concludit, sicut plane docetur 23. & 25. primi, & 28. secundi. Augustinus vero 3. de libero
arbitrio 1. & Philosophus 3. Eth. 11. per præmissa hic & 10. huius debent rationabiliter con-
tentari. Pro dicto vero eiusdem Philosophi 1. peri hermenias vlt. & quibus ponderando secun-
dum consilium sapientis de 4. virtutibus cardinalibus, Non te moueas dicentis autoritas, nec
quis, sed quid dicat intendit; famosa seu portius huma[n]a autoritas interim deponatur, ut sic
quanto liberius, tanto verius iudices, quid ratio ipsa probat, & videbis aperte, quod non con-
cludat propositum, sed oppositum manifeste. Nam quomodo sequitur, omnia futura sicut
ex necessitate, ergo non oportet consiliari neque negotiari? imò oppositum sequitur eviden-
ter; omnia futura sicut ex necessitate, ergo oportet, quia ex necessitate oportet consiliari &
negotiari. Nam multa oportuna consilia & negotia sunt futura. Ut autem accedam propin-
quiis etiam usque ad fundamentum in ea, quis inquam ponens necessitatem in cunctis futu-
ris, potest eam tantum in finibus, & non in medijs ad hos fines? Sapientissimus namque Deus,
sicut ab æternō præstabilit certos fines, sic & certa media ordinavit, sicut 27. primi & sequentia
manifestant. Nam quæ sunt, à Deo ordinata sunt, ad Rom. 13. sicut & docet 26. primi. Dei
namq[ue] sapientia infinitissime infinita, sicut 6. primi docebat, attingit ubique. Sap. 7. Attingit
ergo à fine usque ad finem fortius, & disponit omnia suauiter. infra 8. Attingit, inquam, à fine
primo, à termino à quo, & à principio quolibet per omnia media usque ad finem ultimum,
& ad terminum ad quem omnem, & disponit omnia, fines & media suauiter ordinando. Si i-
gitur diuina prædictio & præsolutione non impedibilis sed efficax omniusque imponit ne-
cessitatem, finibus aliqualem talcm imponit & medijs. Si igitur ex Dei prouidentia qualiter-
cumque necesse sit homines consequi certos fines, necesse est ipsos similiiter consiliari, negotia-
ri, & procedere per debita media, veluti per viam ad terminum, per caram ad salutem, per
disciplinam ad doctoratum, per meritam ad coronam, sicut tangit 25. primi, & plane restatur
autoritas beati Gregorii 1. Dial. 21. allegata in canone, & autoritates Augustini 23. primi
scriptæ: Verumtamen pro reverentia Philosophi potest dici, quod argumentum suum est bo-
num in logica, quia multum probable & apparet. Vel aliter & melius, si omnia euénient
de necessitate contraria libertati & simpliciter absoluta, non oportet consiliari, neque ne-
gotiari, quia nihil esset tunc consiliabile, nec consilium aliquid posset esse. Consilium namq[ue]
secundum eundem 3. Eth. 7. 8. & 9. non est de necessarijs talibus, sed tantum de his quæ sunt
in nobis, in nostra scilicet libera potestate. Quod autem loquatur ibi de necessitate contraria
libertati, & simpliciter absoluta, processus suus & verba indicant evidenter. Loquitur enim
ibi de necessario omne ad virtutem liberem, excludente: tale autem non est necessarium secundum
causas superiores. 27. huius consilium, contingentiam ad virtutem liberem, & libertatem compa-
tient, quod & simili est in nostra libera potestate, sicut 5. & 10. huius docent: sed tantum ne-
cessarium contraria & permissu[m] libertatem & liberam potestatem, inquit eadem cap. manife-
stant. Vnde Philosophus ita dicit, quæ contingunt in consequentia hæc sunt, & huiusmodi;
si omnes affirmationes & negationes, necesse est hanc esse vera, illam vero falsam, nihil ad
virtutem liberem esse, sed omnia esse vel fieri ex necessitate. Quare non oportebit nec consiliari neq[ue]
negotiari, cuius causam subiungit, quoniam si hoc, scilicet quodcumque, facimus, erit hoc, sci-
licer vnum signatum futurum; si vero hoc non, supple facimus, erit, supple idem futurum;
quasi dicet, quicquid fecerimus vel non fecerimus, non magis nec minus euéniet hoc futu-
rum, sive nullum futurum esset in hominum potestate, nec ex humanis liberis actibus de-
penderer. Quare & infra sic ait; Hæc non sunt possibilia; videtur enim esse principium fu-
turorum

A turorum ab eo quod consiliari, & agimus aliquid. Respicendo ergo processum Philosophi
qui evidenter appetit ipsum velle reprobat necessarium contrarium & peremptorium con-
tingentia ad virtutem liberem, libertatis, & libertate potestatis. Vnde & Ammonius exponendo il-
lud capitulo dicit, Multi abducuntur in opinionem latenter ipsum contingens, & Philo-
sophum arguere contra eos qui omnia ex necessitate faciunt & contingens auferunt. || adducun-
tur
Ludatur etiam ibi de necessitate simpliciter. At enim, Est quod est, quando est; & non est,
quod non est, quando non est; necesse est; sed non omne, quod est, necesse est esse, nec om-
ne, quod non est, necesse est non esse, suppone simpliciter: quare & statim subiungit; Non e-
stum idem est, quod est esse necessario quando est, & simpliciter esse ex necessitate, similiter au-
tem & in eo quod non est; & in contradictione eadem ratio est. Hoc idem verba eius im-
mediate sequentia clare monstrant. Concedit enim tales in sensu composito, Necesse est hoc
fore vel non fore, & negat in sensu composto est necessitas simpliciter.
B ter absoluta, & hanc in illo sensu concedit, quare correspondenter & eleventhice eandem negat
in sensu diviso, sicut in secunda expositione Boetij 28. huius plenius docebat. Vnde sicut,
Est quidem vel non esse omne necesse est, & futurum esse vel non est, non tam idem dixerint
dicere alterum necesse est: dico autem necesse est quidem futurum esse bellum nauale cras, vel
non esse futurum, sed non futurum esse cras nauale bellum necesse est, vel non futurum esse;
futurum autem esse vel non esse necesse est. Quare & Ammonius exponendo hoc verbum
textus Furatis, sic ait, significat per hoc, quod ait, Futuris, quod in contingentia materia accipi-
tur. Aliud enim est, vt ipse in his, quæ de generatione & corruptione determinat, mellen, id
est, futurum, ab eo quod est esmen, hoc est participium futuri temporis de sum, es; & esmen
non quidem significat quod omnino cuenit, vt cum dicimus erit hyems aut ætas, aut eclipsis;
mellen, id est, futurum, quod potest cuenire, & non cuenire, puta futurus sum ambulare, futu-
rus sum navigare. Infinuit igitur quod secundum alias quidem materias necessarium & im-
possibile; hyems autem ætas & eclipsis secundum ipsum, sicut & secundum Philosophos
et ceteros, cuenit de necessitate, simpliciter & de necessitate naturæ. Hanc er-
go necessitatem hic negat, & possibilitatem seq[ue]ntiam oppositam corresponden-
titer affirmat. Volvunt igitur scripta Philosophi diligenter, & diligentius reuidenti
perspicue apparebit, ipsum ab actibus liberis necessitatem triplicem removere; necessitatem
scilicet simpliciter absolutam, necessitatem naturæ, & necessitatem violenter cogentem: hic i. 2. &
3. sicut ex præstensis hic & i. o. huius patet; secundam 9. met. sicut idem i. o. manifestat; tertiam
5. met. sicut superioris recitat; eandem quoq[ue] 2. & 3. 2. & 3. Eth. Qui & 2. post. 3. ita scribit;
Necessitas duplex est; hæc quidem secundum naturam & motum, sicut lapis ex necessitate
sursum & deorsum, sed non propter eandem necessitatem, sed in his quæ sunt ab intelligentia:
alio quæ deum nequam sunt ab eo, quod per se tristitia est, vt domus aut effigies, nec ex neces-
itate sunt, scilicet haec vel illa predicta. Amplius autem pro omnibus de possibiliitate & necessitate
objicit, & possibilibus obiecti, potest aliter responderi & forsitan melius, quia breuius, & con-
suetudo modoloquendi conformius & cautiuer, nec ideo minus verè. Coafat siquidem possibile
atq[ue] potest à possibiliitate sive potentia deriuari, sicut & vocaliter nuncupari; possibilitas autē
& potentia est multiplex, sicut præced. docuerunt. Cum igitur dupliciter sit Iohannes facere vel
non facere hoc vel illud, siue Iohannes potest facere hoc vel illud, vel non facere. Considerandum
est circumquaçq[ue] si de aliqua potentia illud potest, pura, si de potentia naturali propria, vel etiā
aliena: si de potentia immo de omnipotentiæ Dei magna & absoluta: & potest concedi simpliciter
quod possibile est sic esse, quia de aliqua possibiliitate sive potentia sive sic esse, sicut propon-
satio particularis aut indefinita habens aliquam singularē etiā unica verā, est vera & simpliciter
concedenda. Verū de necessitate alter sentiendū. Non enim si de aliqua necessitate signata
est, hoc necesse est vel non esse, simpliciter idèo confitendum quod necesse est hoc esse vel non
esse, sicut de possibiliitate & possibili || dicebas, præfertim ad consuetum modum loquendi vul-
garium Logicorum, Philosophorum, & Theologorum in logicalibus instrutoriū. Ad men-
dicum
namq[ue] istoru sequitur evidenter, necesse est hoc esse, ergo impossibile est hoc non esse; & non
possibile est hoc non esse, vnde de necessario infurit vltius, qd, nulla possibiliitate sive potentia
possibile est hoc non esse. Constat igitur clare sic loquendo nō sequi de aliqua necessitate, ne-
cessite est hoc esse, ergo necesse est hoc esse; quia ratiæ de nulla possibiliitate sive potentia posset
hoc nō esse; cū ratiæ de aliqua necessitate necesse sit aliquid esse, & de aliqua possibiliitate sive
potentia potest illud nō esse, & possibile est illud non esse. Si tamen fortassis esset sic loqui acutius,
licet paululum strictius dici possit, quod si de aliqua necessitate necesse est hoc esse,
necesse est hoc esse propter rationem de possibiliitate potentia; præmissa; sed nō sequi vltius.
necesse est hoc esse, ergo impossibile est hoc nō esse, & nō possibile est nō esse tam generaliter
proferendo,

proferendo, sed specialiter restringendo; ergo de aliqua possibilite, sive potentia, opposita A scilicet aliqui necessitatim impossibile est hoc non esse, & non possibile est hoc non esse. Loquendo enim communiquerit, sicut prius, nivis quoniam impuncte absolute concedo, concedere intendendo, nisi maior autoritas me compellat, quod necesse est quemdam facere vel non facere hoc vel illud, nec quod non est possibile, aut non potest facere vel non facere hoc vel illud; immo quod possibile est, & potest facere vel non facere hoc vel illud, demonstratis huiusmodi in quibus contingentia reperitur, & licet modus huiusmodi respondendi simpliciter forsitan cautior videatur, alius tamen modus respondendi per definitiones primas, aut alias meliores doctrinarij comprobatur. Nec ista sententia sentire intellecta mores aut virtutes contumis. Non enim libertati arbitrii, aut merito aduersatur. Sicut corollarij primi & secundi huius ostendunt, in sententia ista mores & virtutes fortissime, quia muto diuinæ potentiae & necessitatis predicitæ inexpugnabili protegit, munis, & saluat. Sicut tricelimum quartum secundi monstrauit. Quod autem arguitur, quod ista sententia reddit homines negligentes, ita procedit contra vicecum & tricelimum secundi, contra præscientiam, prædestinationem & gratiam, & sic contra sextum, quadragelimum quartum, tricelimum quintum & sequentia primi libri, sicut contra vicecum septimum tertij. Quare & Augustinus 4. contra Iulium Pelagianum 16. recitat ab ipso sibi obiectum simile argumentum; Calumnias, inquietus, meditere nihil studi expectari al humana voluntate debere, contra illud Euangelicum, Perite & accipietis. Qui & de bono perseuerant 46. ad similia sibi obiecta contra gratiam & prædestinationem diuinam simil modo respondens sic ait; Ita cum dicuntur, ut nos ad confitendum veram Dei gratiam, id est, quæ non secundum meritum nostrum datur, & ad confitendum secundum eam, prædestinationem sanctorum deterere non debent; sicut non deterremur à confitenda præscientia Dei. Si quis de illa populo sic loqueretur, ut dicat, sive nunc recte viuit sive non recte, tales eritis postea quales nos Deus futuros esse præsicerit; vel boni si bonos, vel mali si malos. Nusquam enim si hoc auditio nonnulli in corpore segnientemque C verrantur, & à labore proclives, & ad libidinem, post concupiscentias suas contum. Propter ea de præscientia Dei fatigum putandum est quod dictum est. Nonne si Deus illos bonos esse futuros præsicerit, boni erunt, in quantilibet nunc malignitate verterentur? Si autem malos, malitiæ etiæ in quantilibet nunc bonitate feruerentur? Fuit quidam in nostro Monasterio, qui corripientibus fratribus, cur quedam non facienda faceret, & facienda non faceret? respondebat: qualiscunque nunc sit, talis ero, qualèm me Deus futurus esse præsicerit: quod profecto verum dicebat, & hoc vero non proficiebat in bonum, sed visque adeo profecit in malum, ut deferta Monasterii societas fieret, canis ad suum reuersus vomitum, & ramen adhuc qualis futurus sit, incertum est. Vtrum tamen ista sententia, occasione accepta, reddet aliquem negligentem & malum at finaliter peritum, nefico, timo, & doleo si sic erit: scio tamen quod nullum nisi fortissim filium perditionis, ut Scriptura eterna libri Dei: & tamen implieatur, sicut dicebat ipsam Salvator, Ioh. 17. || Es quid possum? Non enim possum prædestinare, nec etiam D reprobare. Veruntamca proculdubio non sum melior prædictor, aut Doctor magistro meo Christo, aut doctore genuum sancto Paulo, & etiam ceteris Apostolicis sanctis: horum autem prædictio & doctrina non semper omnibus profuit ad salutem, immo aliquibus obscuritatem occasionem assumta non data. Vnde Christo prædicante & docente de sui benedicti corporis & sanguinis Sacramento & materia ista, dicendo, Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit illum; & Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo, nulli audientes ex Discipulis eius dixerunt. Durus est hic sermo, quis potest cum audiire? Qui & ex hoc abierunt retro, Ioh. 6. Abierunt retro scilicet, à fide, secundum Chrysostomum, & à vita secundum Augustinum, sicut recitat glossa Thomæ. Parisi si quoque audientes prædictationem illius scandalizant fuerint, Matth. 15. & Marc. 6 habent quod multi audientes eum scandalizabantur: & Lyc. 4. Repleti sunt in Synagoga, ira, hæc scilicet verba Christi prædictantes audientes. Et infra. Ipsa scilicet audientes Christum Dei sapientiam prædicantem. Erepti sunt insipientes, & colloquebantur adiuicem, quidnam facere poteſt Iesu. Et Ioh. 8. dixerunt Christo docenti, Dæmonium habes. Apolito quoque cum Atheniensibus disputante, quidam dicebant, quid vult seminatur verborum hic dicere? Alij vero dicebant, NOVORUM Deprava sapientia annulator esse; & quidam quidem irridebant, Act. 17. Ipsi enim veritatis & sobrietas verba loquuntur dixit quidam infans, Infans Pater, multæ te literæ ad inseparabilem copiuerunt. A& 26. Quidam etiam in Christum & eius discipulos proprie prædictationem & doctrinam eorum tam crudeliter exarcebant, ut ipsos morte durissima consummaret. Sed nunquid propter causas seu occasiones huiusmodi suspicenda sint organa veritatis? Vite enim oratione aliquibus, pro loco & tempore, non tam per omibus

|| Dæmoniorum

A omnibus ubique & semper, sicut Christus, Paulus, & Apostoli ceteri lucidis suis exemplis nos lucide docuerunt, sicut superius tangebatur. Quare & Chrysostomus super illud verbum Ioh. 6. Superioris recitatum, Ex hoc multi discipulorum eius abiuerunt retro. Hoc, inquit, forte factum est ad consolationem nostram, quando aliquando contingit ut homo dicat verum, & quod dicit non capitur, arque illi qui audiunt, scandalizantur & discedant: Proenit autem hoī in ēm dixisse quod verum est. Dicit enim apud se homo, non debui sic dicere. Ecce & Demino contingit; dixit, & perdidit multis, & non turbatur ipse quia ab initio nouerat, quin non essent credentes. Nos si nobis contingit perturbamur, sed solatium in Domino inueniamus, & tamen caritatem verba dicamus. Cui & concordanter Augustinus, De bono perseverantie vbi prius, scilicet 46. recitatis periculis memoratis, subiungit, Nunquid propter humilitati modi animas ea, quæ de præscientia Dei vera dicuntur, vel neganda sunt, vel tacenda sunt? Etiam qui propterea vel non orant, vel frigidè orant, quoniam Dominum dicente, didicentur B scire Deum quid nobis necessarium sit prius quam petamus ab eo, num propter tales huius sententie veritas deferenda, aut ex Euangelio delenda purabitur? His igitur & humilitati modi periculis nequam obstantibus, veritas est docenda: & hoc duabus de causis; prima ut errores circa alia necessaria salubriter caueantur, secunda ut capaces & habiles utiliter instruantur. Pro prima dicit Augustinus de bono perseverantie 46. Nunquid propter huiusmodi animas ea, quæ de præscientia Dei vera dicuntur, vel neganda sunt vel tacenda? Tunc scilicet quando si non dicantur, in aliis ut erroribus: in quos autem & quantos eatur errores negata necessitate vicecum septimo huius ostensa, facile est videre. Cum enim illa necessitas eodenter sequatur ex multis antecedentibus prelibatis, quicunque illam negauerit, oportet simillimer Logica compellente negare quodlibet antecedens. Oportet ergo negare Dei præactionem, coactionem, auxilium, gratiam, prædestinationem, præscientiam, efficientiam, conseruantiam, & cetera huiusmodi, immo & tandem Deum esse, & cum insipienti insipienti dicere, Non est Deus. Pro hac etiam prima causa & secunda coniunctim Augustinus de bono perseverantie 47. Dicatur, inquit, verum maximè vbi alia questio ut dicatur impelleat; & capiant qui possunt; ne forte cum tacetur propter eos qui non capere possunt, non solidam veritate fraudentur, verum etiam falsitate capiantur, qui verum capere, quo caueatur falsitas, possunt. Facile est enim, immo & vtile, ut tacetur aliquid verum propter incapaces. Sed alia est ratio verum tacendi, alia verum dicendi necessitas. Causas vero tacendi longum est omnes quæceter vel inferre; quaram tamen est & hæc una, ne peiores facimus eos qui non intelligunt, dum volumus eos qui intelligunt facere doctiores, qui nobis aliquid tale tacentibus doctiores quidem non sunt, sed nec peiores sunt. Cum autem res vera ita se habeat ut fiat peior, nobis eam dicentibus, ille qui capere non potest, nobis autem tacentibus ille qui potest, quid putamus esse faciendum? Nonne dicendum est potius verum, ut qui potest capere capiat, quam tacendum, ut non solidum id ambo non capiant, ve D runtem qui est intelligentior, ipse sit peior, qui, si auditet, caperet? Per illum etiam plures discedent: quo enim est capacior ut dicat, eò magis est idoneus ut alios doceat. Timemus ne loquentibus nobis offendatur qui veritatem non potest capere, & non timemus ne tacentibus nobis qui veritatem potest capere, falsitate capiat? Et si quis adhuc virget & opponat, propter doctrinam paucorum multis non debere turbari, & paucos si aliquos recipere hanc doctrinam, multo vero plures illam respueat conturbatos, multum quoque bene stetisse Ecclesiam retroactis temporibus sine ista nouella doctrina tot hominum turbatibus; Adjuvet, quæceter, Philosophus 3. Polit. 5. dicentem, Vnum quidem discessum virtutem, vel paucos coniungit; plures autem ad summum omnium virtutis peruenisse difficile. Attendat insuper, suplico, quid simile potius obisci magistro, & Domino nostro Christo, Paulo, & ceteris eius Discipulis, Doctoribus nostris sanctis. Christe namque docente de Sacramento Eucharistia benedicte, & de necessitate & impossibilitate, quam habemus in manibus, scilicet in actibus hominum respecta causarum superiorum, dicendo, Panis verus est qui descendit de celo, &c. & omne quod dat mihi Pater ad me venire, & nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me traxerit illum, &c. Turbari sunt multi insipientes corde, in tantum quod murmurarent & ad iniquum litigarent & dicerent, Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Et tandem retro || abirent: Pauci vero, scilicet duodecim eius Discipuli, remanserunt, Ioh. 6. Vnde || abirent & ipso metu testante, Multi sunt vocati, pauci vero electi, Matth. 22. Quare & monerent intrare per angustam portam, quia lata est porta & spaciovia qua dicit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam, quum angusta sit porta & arcta via qua ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam, Matth. 7. Similiter & Paulo Atheniensibus

enfibus praedicante, multi erant turbati deridentes eius nouam doctrinam; pauci vero. A scilicet Dionyius Areopagita & Damaris cum paucis alijs crediderunt, Act. 17. In civitate quoque Ephesiorum, ut habeatur Act. 18. proprius sanam eius doctrinam habebat magna turbatio, in tantum ut impleretur ciuitas coniunctio, & impetrum facerent uno animo in theatrum, & cum postularetur silentium ut ratio redderetur, facta est una vox omnium quasi per horas duas claramus, Magna Diana Ephesorum. Similis quoque turbatio, commonio, concursio populi, acclamatio, & vociferatio facta est in civitate Ierusalem propter doctrinam eiusdem, ut patet Act. 21. & capitulis alijs consequenter, in tantum quod ferre periclitabatur; accusabarunt coram Iudicibus, & appellate Catarem cogebatur. De alijs quoque Apostolis & ceteris factis Dei nimis frequenter inuenies, quod ad eorum praedicationem & doctrinam multi fuerint scandalizati & grauiter concubati, pauci vero salubriter informati: hoc tamen eos ab euangelizando communiter omnibus nullatenus retrahebat propter rationem assignatam tricesimo nono primi. Nec eorum meritum n' inuenit; unde ille excellensissimus Predicator & Doctor in persona omnium Predicatorum & Doctorum, Christi, inquit, bonus odor sumus Deo in his qui salvi sunt, & in his qui perseuntur; alijs quidem odor mortis in mortem, alijs autem odor vitae in vitam, 2. ad Corinth. 2. Quomodo etiam bene stabit Ecclesia & Catholica veritas sine distinctione huius problematis, cum fideles & infideles, Grammatici, Logici, Mathematici, Naturales, Morales, Diuini, Theologi, senes & iuvenes, mares & feminaz, literati & idiotae, ac viuenter falter omnes & singuli, docti pariter & indocti ipsum quotidie lacerent, malficent, ruminent & corrordan? Maximè cum ex defensione noctis solutionis huius problematis in plurimos & maximos eatur errores, sicut superius monstrabatur, sicut & evidenter demonstrant opiniones errorum circa istud problema supra isto tertio multis capitulis recitatae. Vnde Ammonius super vlt. primi peri heremias. Hoc, inquit, theorema ad omnes partes Philosophia est necessarium, ad moralem Philosophiam omnino, quinimò & ad Physiologiam, & ad Logicam methodum: porrectum autem theorema & ad primatum Philosophiam inuenies. Quare enim & Theologus secundum quem modum gubernatur, que in mundo ante omnia ex necessitate & determinate sunt, quemadmodum in perpetuis, An sint aliqua contingentes carentia; & nec omnino idioxa dispositionis homines inuenies negligentes meditationem de hoc theoremate. Et infra, Istud theorema magno habet virtutem ad totam vitam nostram. Beatus etiam Augustinus de bono perseuerantie 59. recitat simile ex simili causa sibi obiectum, Dicunt, inquiens, non opus fuisse huiusmodi disputationis incerto, minus intelligentium tota corda turbari, quoniam non minus utiliter sine hac definitione praedestinationis per tot annos defensa est catholica fides. Opinor quoque verisimiliter multos recipere, & paucos respuecere hanc doctrinam; & vt utr verbis Avice[n]tia 10. Metaphys. 1. recitatis 29. primi. Plus appropinquat vulgus & tenet, & dicit, verum est, nec refutunt hoc, nisi qui volunt videri Philosophi. Hic etiam doctrina non est nouela secundum substantiam, sed antiqua, sicut viceversum septimum huius per antiquos Autores ostendit: & si aliquid nouitatis haberet quantum ad modum elucidationem, & plenorem dicendi, non esset rationabiliter incepanda. Non enim rationabiliter increpauerat Christus, sed laudatur, quia post verus testamentum nouum induxit, licet multum bene viventer homines sub veteri testamento; nec increpatur, sed laudatur a Domino Scriba doctus, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Matt. 13. Quare Hieronymus in epistola ad Sophronium, quae vice prologi psalterio Hieronymi est precripta, de obtrectantibus translationem suam nouam post veterem ita scribit, Peruersissimi homines; nam nouas voluntates cum semper experiant, & gulae eorum vicina maria non sufficiant: cur in solo Scripturarum studio, veteri sapore sunt contenti? Vnde & Philosophus 1. Metaphys. vlt. postquam correxit opiniones antiquorum de causis, sic ait, Tenuiter haec, scilicet cause, & modo quodam omnes prius dictae sunt, modo vero quodam E nullatenus. Balbutiens enim visa est prima Philosophia de omnibus velut noua existens circa principium; qui & 1. Ethic. 1. videbitur, inquit, omnisele, perducere, & particulatum disponere qua bene habent circumspitionem, & tempus talium inuentor, vel cooperator bonus est; unde & artum facta sunt additamenta: Omnis enim est apponere quod deficit. Averages quoque super 4. de celo contraent 11. Sermo, inquit, posterioris debet: esse acutior & rectior. Quare & Boetius primo de disciplina scholiarum, agens de excellentia Magistratus, Miserimi, inquit, ingenij est, semper inuenientis vii, & nunquam inuenientis stutius quam Magistratus orationibus omnino confidere. Quapropter & Philosophus: . polit. 9. ostendit, quod magis expedire ciuitati ab optimo viro regi, quam ab optimis legibus; vbi & ait, In quacunque arte principiari secundum literas misericordia: manifestum igitur quod non

A est se cùndum literas & leges optima politia: quibus & Varro concorditer in sententiis suis ait, Illum eruditorem eligi, qui magis didicerit in suis quam in alienis; Nil magis docebit, qui a se nihil didicit; falsoque Magistri nuncupantur auditofum narratores, ac si audiendi sunt vt qui recenserint rumores. Vnde & Vitruvius de Architectura libro septimo notabiliter mulcum reserit, quod Rex Prolominus Bibliothecam egregiam Alexandriae congregauit, Iudos Musis & Apollinis dedicans; & sicut athletis, sic Scripturarum & Poetarum victoribus certa premia statuerat, assignans sex iudices, quibus & septimum, scilicet Aristophanem, adjunxit; qui ex ordine legeret cunctos liberos; factaque vna dierum coniunctu ad certamen publicum Poetarum, populus inueniebat, quem maximè approbat: & sententiā Iudicium implorat, sex iudices illi, qui populo placuit, victoriam decreverunt; Solus autem Aristophanes illum viciisse dijudicat qui populo minime complacebat, commotusque est Rex ac populus vniuersus; & imperato tandem

B Aristophanes silentio, illum solum asseruit esse Poetam, quia quod dixit, proprio studio adiunxit, ceteros vero aliena carmina rapuisse, & scrutatis armarijs regijs, libris inspectis, collacioneque facta, eos fures esse conuicit, iustisque Rex agi furti cum illis. Quapropter & Iesus filius Sirach laudatur quia post legem & Prophetas, & sapientiam maximam Solomonis, de corde suo sapientiam renouauit Eccl. 50. Vnde & supra 24. Sapientia ipsa dicit, Qui edunt me, adhuc eluirient, & quiblibet in, adhuc sicut, & qui elucidant me, uitam eternam habebunt. Quare & Daniel viro desideriorum, qui posuit cor suum ad intelligentiam in tantum ut se affligeret, Angelus hoc dicebat: Qui docti fuerint fulgebunt quasi solem in firmamento, & qui ad iustitiam erudiant multos, quasi stellæ in perpetuas aeternitates: Tu autem Daniel, claudé sermones & signa librum usque tempus statutum; Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia. Et infra, Ego, inquit Daniel, audiui, & non intellexi, & dixi, Domine mi, quid erit post haec? & ait, scilicet Angelus, Vnde Daniel C quia classi sunt signaque sermones usque ad tempus præsinitum; Eligentur, & dealbabuntur, & quasi ignis probabuntur multi, & impie agent impij, neque intelligent omnes impij, porto docti intelligent. Vnde Gregorius 2. super Ezech. homilia quarta. Scendum est; inquit, quia per incrementa temporum circuit scientia spiritualium Patrum. Plus namque Moses, quam Abraham, plus prophetæ quam Moses, plus Apostoli quam Prophetæ in omnipotenciam Dei scientiam eruditæ sunt. Fallor, si bæc ipsa scriptura non loquitur, Pertransibunt, inquit plurimi, & multiplex erit scientia. Quod & probat dilucidè consequenter, sic tandem concludens: Mensura ergo calami, quæ est sex cubitorum, & palmi, docatur ad cubitos decem, & mensura decem cubitorum ad extremum surget in tresdecim, quia quantum mundus ad extremitatem ducitur, tantum nodis aeternæ scientiae aditus largius aperitur. Porro sicut eidem homini in tenebri atate cibus & doctrina facilior & infirmior, quam solidior concreta ministratur, sic & tali Ecclesiæ. Nam in sua nativitas origine, latè facilis, lucidæ, & suavis doctrina fuerat imbunda; nunc autem postquam per processum temporis est adulta & firmata roborata, cibarijs solidis est souenda, maximè bi, qui habent gustum suum, dentes potentes, & stomachum cordis fortis. Vnde Apostolus primo ad Corinthios tertio. Ego, fratres, non potui vobis logii quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, manuum paruulis in Christo; læ vobis potum dedi, non escam: Nondum enim poteratis, sed ne nunc quidem potestis. Et ad Hebreos quinto. Estis quibus læce opus sit, non solidi cibo. Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitæ; paruulus enim est; perfectior autem est solidus cibus, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem. Et primo ad Corinthios secundo, Sapientiam loquuntur inter perfectos. Veruntamen propter istam sententiam non debent homines esse negligentes ad bonum, quia sicut Deus præscivit homini finem, scilicet vitam eternam, sic & viam & medium ad hunc finem, sicut supra respondendo ad rationem Philosophi 1. peri heremias vlt. est ostensum. Quare & Daniel spiritu Dei plenus, certè intelligens imminentem terminum septuagesimorum annorum desolationis, & initium consolationis Israelicæ populi captiuati prædicta & promissa per Ieremiam 29: a Deo qui mentiri non potest, non ideo minus diligenter posuit faciem suam ad Dominum Deum suum, rotari & deprecari in cœlio & faccio & cincere, ut faceret quod promisi, sicut Dan. 9. historia manifestat. Super quam Hieron. Prædixerat Ierem. 70. annos desolationis templi, post quos rursus veniret populus in Iudeam, & edificaretur ibi templum, & Ierusalem; quæ res Daniel non facit negligenter, sed magis prouocat ad rogandum, ut quod Deus per suam promissionem non facit negligenter, sed magis prouocat ad rogandum, ut quod Deus per suam promissionem, per hanc impleat preces. Cui & concorditer Greg. hom. 3. super Euang. ita scribit, Martona quædam fuit valde religiosa, quæ ad novum martyrium, scilicet Profecti &

D Apud eam. Evidenter enim est, quod & probat dilucidè consequenter, sic tandem concludens: Mensura ergo calami, quæ est sex cubitorum, & palmi, docatur ad cubitos decem, & mensura decem cubitorum ad extremum surget in tresdecim, quia quantum mundus ad extremitatem ducitur, tantum nodis aeternæ scientiae aditus largius aperitur. Porro sicut eidem homini in tenebri atate cibus & doctrina facilior & infirmior, quam solidior concreta ministratur, sic & tali Ecclesiæ. Nam in sua nativitas origine, latè facilis, lucidæ, & suavis doctrina fuerat imbunda; nunc autem postquam per processum temporis est adulta & firmata roborata, cibarijs solidis est souenda, maximè bi, qui habent gustum suum, dentes potentes, & stomachum cordis fortis. Vnde Apostolus primo ad Corinthios tertio. Ego, fratres, non potui vobis logii quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, manuum paruulis in Christo; læ vobis potum dedi, non escam: Nondum enim poteratis, sed ne nunc quidem potestis. Et ad Hebreos quinto. Estis quibus læce opus sit, non solidi cibo. Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitæ; paruulus enim est; perfectior autem est solidus cibus, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem. Et primo ad Corinthios secundo, Sapientiam loquuntur inter perfectos. Veruntamen propter istam sententiam non debent homines esse negligentes ad bonum, quia sicut Deus præscivit homini finem, scilicet vitam eternam, sic & viam & medium ad hunc finem, sicut supra respondendo ad rationem Philosophi 1. peri heremias vlt. est ostensum. Quare & Daniel spiritu Dei plenus, certè intelligens imminentem terminum septuagesimorum annorum desolationis, & initium consolationis Israelicæ populi captiuati prædicta & promissa per Ieremiam 29: a Deo qui mentiri non potest, non ideo minus diligenter posuit faciem suam ad Dominum Deum suum, rotari & deprecari in cœlio & faccio & cincere, ut faceret quod promisi, sicut Dan. 9. historia manifestat. Super quam Hieron. Prædixerat Ierem. 70. annos desolationis templi, post quos rursus veniret populus in Iudeam, & edificaretur ibi templum, & Ierusalem; quæ res Daniel non facit negligenter, sed magis prouocat ad rogandum, ut quod Deus per suam promissionem, per hanc impleat preces. Cui & concorditer Greg. hom. 3. super Euang. ita scribit, Martona quædam fuit valde religiosa, quæ ad novum martyrium, scilicet Profecti &

Martiziani Ecclesiam crebro veniebat; & quādā die dum ex more ad orandum veniebat, egrediens duos stantes sub peregrino habitu monachos inueniebat, peregrinos credidit, dare eis aliquid eleemosynā praecepit, sed priusquam eis erogauit, eis ad largiendum elemolynam propinquaverat, antequam illi vicinus, & dixit uerū: Tu nos modo visitas, nos te in die iudicij requiremus, & quicquid possumus, praestabimus tibi; quo dicto, ab oculis eius ablati sunt: territa illa ad orandum rediit, seseq; in lacrymas prolixius effudit, & facta est post hoc tanto instantior in prece, quanto certior de promissione. Nec illud est verum, quod quicquid fecerint homines vel nō fecerint, non minus nec magis euident vniuersa: Primo, pro ipsis factionibus seu operibus; Secundo, pro finibus operum. Non enim soli fines seu termini, pura maniones in ecclesia, praedestinatione ad Deo, sed & via, & media ordinata, sicut superius respondendo ad simile argumentum Philosophi 1. peri heremias vit. fuerat demonstratum, sicut etiam clare docet 45^{mo}. primi: Verum est tamē quod nullus vnam faciet aliud vel omittet, vnde aliquid futurum non euident, aut alio & non omnino modo euident quo euident, nec unde aliquid non futurum euident: hoc enim contradictionē includit, quod & 18^{mo}. huius ostendit, quare & omnina que euident, & quibuscumq; modis euident, ita serio & euident, ac si omnino essent necessariō euentura. Qued autem quidem arguit consequenter multa futura se posse libere impedire, vel intelligunt quod hoc possunt ex se solis sine Dco coagente vel praegente, & tunc sunt Pelagiadū heretici, sicut 20. & 30. secundi demonstrant; aut intelligunt quod Dco coagente & praegente cum ipsis possunt; & tunc nedum est possibile, inī & necessarium necessitate causarum superiorum, sicut 27. huius ostendit. Quare & de illi quodlibet impedimento libero futuro & non futuro similiis est necessitas, sicut & de quoconque effectu libero futuro, vel non futuro: omne namque tale impedimentum futurum est aliquantis effectus futurus. Rursus aut intelligunt quod cum Dco coagente eis praegente possunt impetrare aliquid futurum, quod sit A. stante etiam voluntate diuina ad A. fore, sicut 14. primi docet, quod est blasphemium & blasphematum, sicut 10. primi monstrat; aut intelligunt, quod possunt mutare aut avertere voluntatem diuinam ab A. vel facere ipsum non velle A. fore, quod similiter est erroracum & contra 20. primi, 30. secundi, & 8. istius: aut quod Dco agente & praegente, & ex se solo, non ex actu humano quoconque non volente, sed nolente A. fore, possunt impetrare A. fore, & sic non instant: sic enim nedum est possibile, sed necessario modo predicto. Sic etiam quod dicunt se posse, magis est dicere Deum posse per eos, sicut omnipotentem artificem, per sua sibi subseruentia necessariō instrumenta; quanquam & quomodo causa secundaria ut homo, possit impetrare effectum voluntatis diuinae posset plenius disponari. Et quod argunt de patruo, verēdidentur loqui ut patruo, & ut patruo cogitare. Quomodo namque intelligent se posse occidere patruum, vel per se, vel cum Domino, &c. sicut prius? Similis enim necessitas vel impossibilitas in occisione patrui est ponenda, sicut in alijs effectibus libertis quibuscumque. Argumentum quoque de patruo potest similiter fieri de adulto. Isti etiam videatur supponere saluationem vel damnationem hominis dignissimam creature fortuitis modis hominum, dæmonum, vel ferarum, & quasi casuali casu taxillorum; quare & praedestinationem & reprobationem, personas & numerum celestium ciuium consequenter, quod viceversa septimum primi cum sequentibus 45. & 46. non sinunt, quod & dominum autoritas Augustini de bono perseuerauerat 35. De correptione & gratia 27. recitat in trigesimo primo primi, De gratia & libero arbitrio 50. cum multis alijs recitatis trigesimo nono primi. Quod autem arguitur de experientia libertatis, non certificat omninaque, quoniam sicut dicit Hippocrates primo prius Aphorismorum, Experimentum fallax iudicium difficile. Similem namque libertatem videntur bestiae, furiosi, moriones, & pueri experienti, qui tamen non habent omnitudinem libertatem, quia non libertatem contradicuntur, nec à necessitate respectu causarum superiorum, nec etiam inferiorum, sicut ex undecimo huius patet. Nec Augustinus, nec aliquis alijs experit se habere libertatem à subiectione Dei. Exemptam, sed voluntatem liberam à coactione inuita. Porro quod obiecunt consequenter est argumentum Manichaorum, contra illud magistri nostri Christi, Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit illum, Ioh. 6. dicente ibi Chrysostomo. Hic insinuantur Manichæi dicentes, Dico in nobis nihil est possum; quod & potest similiter objici 20. & 30. secundi; veruntamen 9. huius plenū responderet. Quod etiam opponunt, quod Deus sit Autor, 20. & 30. secundi similiter potest opponi, veruntamen hic responderet 34. primi. Quod etiam dicunt, illū nolo pro Deo me habere, qui me impellit ad malū, contra 26. & 30. secundi similiter potest dici; quibus & contrario ego dico, illū nolo pro Deo nostro habere, qui non sit omnipotens in agendo, qui non habet omnipotentissimū dominatum super me debilem voluntatem, qui non posset omnipotentissimē facere me velle, & facere quicquid vellet, qui non habeat

ii quoconque

Hippocrates.

Iohannes.

Chrysostom.

ii piane.

II 20.

A. habeat voluntatem vniuersaliter efficacem, instrutibilem, indestructibilem, & necessariam in cauando, inī cuius voluntas non sit mihi necessitas secundum sensaram sententiā 27. huius scriptam. Quinimō cōstanter & liberavōce dico, Illum nolo pro Deo meo habere, cuius beatissimam voluntatem ego miser peccator pollum. facilimē à llumma arcē fuit dignissime libertatis detrudere, & oppositū seruitur necessario iugo submittere, & submissam incolibiles detinere, cuius sanctissimam voluntatem ego peccator velut mulierculam debitem & facilimē possum opprimere, & necessitate ad horribilem actum peccati, inī & quam plusquam mulierculam qualemque pollum necessitate ad conscientium in actum turpisimum vilissimumque peccatum. Cui & adhuc fiducialiter agens, dico illum nolo pro Deo meo habere, quem peccator impello ad malum necessariō volendum, aut etiam permittendum, quem ego miser peccator necessito viciſtudinaliter, sicut multa placuerit, ad volendum,

B. permittendumē malum, qui seruitur tam miseri peccatoris tam miserabiliter sit subiectus. Aduersarius etenim confitetur, quod quādū actus meus malus est fuitus, tamē dū Deus est libertatis libertate, contradictionē plenissima ad volendum & permittendum illum, vel non: sed cum temporaliter presentia literē ad me hat, necesse est tunc primō necessitate opposita priori libertati extero Dominum velle & permittere illum actum: cui similiter adhuc dico, Illum nolo pro Deo meo habere, qui in tota vniuersitate creaturæ aliquam rem malam simpliciter & non bonam facit, conservat, voluntarie permittit. Quare & 26. primi ostendit nullam rem esse malam simpliciter, sc̄iā quādū estē bouam: Quādū adhuc dico, Illum nolo pro Deo meo, sc̄iā summo bono, habere, à quo secundum sententiam Iacobi, non omne aliud bonum descendit. Cus, utrum iniquo, vis tu illum pro Deo tuo habere, qui te ad omne bouam fuit necessariō debitus: non impelli, & ab omni malo bona repelli, cūm hoc possit facilimē, & ita faciliter sicut permittit oppositum, & sine omni suo incommodo vel labore, & ad tuum maximum commodum & valorem? Cur, insuperatio, vis tu illum pro Deo tuo habere, qui tot mala secundum te in vniuersitate regimini tuo subiecta permittit, qui & tot parua & minora bona meliora non facit, inī & totum vniuersum non efficit nichil, cūm & que faciliter ita posset? Quem & adhuc requiro, Vis tuum illum pro Deo tuo habere, qui te ad bonū impelli? Si non, Pelagiadū heretici profiteris, sicut 21. 23. & 30. secundi ostendunt: si sic, ergo secundum te omnia bona que euident, de necessitate euident, &c. sicut contra i 5. opinionē 2. huius repellam. Veruntamen procūdūbilo Deus nullū inuitum violenter impelli, sed omnes voluntarios spontaneū impelli: & trahit ad quodlibet liberos actus suos. Amplius autem pro isto & omnibus similibus de peccato & necessitate peccandi, seu ad peccandum, aliter fortasse subtilius & probabilius dici potest, quod Deus necessitatē quodammodo ad actum peccati secundum substantiam ipsius actus; non ideo tamen videtur consequens, quod ipse necessiter ad peccatum, vel ad deformitatem peccati, quatenus est peccatum deformitatem peccati. Postremū Deus omnipotens, vt apparet, separare substantiam ipsam actus, & rem quamlibet positivam à deformitate peccati, posseque producere & seruare talēm suum effectum realiter potius & bonum absque tali defectu & malitia privativa, præsentim cum peccatum, deformitas, malitia, aut defectus non sit essentia literē ipsius actus, neque necessariō consequens substantiam ipsius actus, sicut apparet ex 26. primi. * nequedē Deus igitur bono recte agente, praegente, & necessitate quodammodo ad actum talēm bonum secundum substantiam & naturam, nequaquam de necessitate consequitur malitia aut actus peccatum. Vnde ergo sequitur, si ex voluntate libera creaturæ deficiens spōnancē, & voluntarie peccans? Verum si quid aliter sapientia, & hoc mihi Deus revelare dignetur, & teque reddere sobrie sapientem, & si deficiens forte peccatum, ad iustitiae regulam mereditur: Quod autem arguitur, difficultatem & ignoratiā in nullo excusat peccatum, quia nec impossibilitatem vitandi potest similiter argui de merito, qualicunque hinc timēti in aliquo excusant

E. peccatum, ad quodlibet arbitrium tollunt, vel minūtū quodlibet modo: omni vel cognitiōne obnubilant, vel execrationē debilitant; hac autem impossibilitas evitandē, seu necessitate faciendo, neutrū minūtū vel offendit; sicut coroll. 1. & 2. & 3. huius docet: Quod autē arguitur, non fuisse maiore possibiliterem vitandi peccatum ante ipsū quādū post, potest similiter argui de vitione meriti, vel de factione meriti possibilis, non tamen futuri. Nec ratio causalis procedit. Nam quomodo sequitur, homo non potest A. nisi de potentia absoluta, nec potest B. nisi de potentia absoluta; ergo non magis potest A. quādū B. nec ē contra? Non enim sequitur similiter arguendo, Nulla creatura potest aliquid nisi de potentia Dei, sicut 2. primi & sequentia probatur; ergo nulla creatura magis potest vnum quādū aliud, sc̄iā quādū dicitur, nec una creatura magis potest quādū quādū alia; fortior & potenter quādū debilior & impotenter quantūcunque. Nec tuā sequitur de potentia ordinata, Nulla creatura potest quicquam

A le aliquo modo intrinsecè, puta necessariè, & non nisi presupposito auxilio rei extra scil. tem-
poris temporalitatem rei, quare videtur miserabiliter indigens, & non summe sufficiens sibi ipsi,
contra offensa 15. primi. Vnde & Augustinus 5. super Gen. ad literam 19. Nunquid adiutorio ^{Augustinus}
temporis eguit conditor temporis? quasi dicere, nullo modo. Et idem vult expresso 15. de cit-
uit. Dei 30. quod maxime videatur quantum de operationibus intrinsecis proprietate voluntatis. Ita
ordinarius decenterque videatur, ut posterius effectus contra haec necessitatem in suo priori &
causa quam est contra: & per 30. 2^o voluntas diuina est omnium posteriorum effectuum primaria
causa. Item supposito secundum istam responsionem, quod obiectum voluntatis moeat volun-
tatem diuinam, adhuc hoc non facit immediate per se secundum esse suum reale extrinsecum,
sed secundum suum esse cognoscibile intrinsecum, scil. per suam aeternam similitudinem seu ideam,
sicut mouet voluntatem creatam tantum per similitudinem suam, seu speciem in cognitione cau-
satam. Sed illa similitudo seu idea in mente diuina semper est quae clara, & quae actualis, & in
B omnibus equalis per omnia; ergo semper & qualiter mouet voluntatem diuinam; ergo si semel
ipsam necessitatem, ita semper, & si semel ipsam nequam necessitatem, neq; vnguam. Item tunc
aranea cum debilitate suo posset Deum in solubilitate vinculare, & sic quasi in carcere &
in compedibus per secula desinere. Nam si fieri & viaculet quippiam, necesse est Deum cum
sic velle, & post per secula sempiterna. Item tunc qualiter creature videbatur fortior Creato-
re. Item per 3. 2^o obiectum volubile non potest necessitare voluntatem creatam, quae est in-
finita debilior quam diuina, ergo nec ipsam: vel si obiectum potest necessitare voluntatem di-
uinam & creatam non potest, ipsa est debilior quam creata. Item sit A. unum non existens
nunc in B. instanti, nec prius, qd. tamen Deus potuit fecisse nunc & prius; nunc ergo secundum
prius offensa necessitatem est Deum nolle aetate A. esse in B. & fuisse ante B. & fuisse futurum ad ei-
fendum in B. vel ante, & ita aeternaliter ante & post noluisse, & noliturum esse. Vel ut facilius
pro tardioribus procedatur: ponatur Deum nolle aetate A. esse in B. presenti instanti, quod
C tamen potuit fecisse in B. tunc necessitatem est cum sic nolle. Causa huius necessitatis non potest at-
signari ex parte rei nolunt, cum ipsa non sit, quare nec causa. Item eodem casu retento impo-
sibile est Deum velle A. esse in B. aut fuisse ante B. aut futurum fuisse, ut esset in B. velante, &
semper prius potuit ista velle. Quia ergo est causa ita impossibiliter non poterit voluntatem di-
uinam: Non res illa, non ens, cum penitus nihil causatur, nec potest impossibiliter voluntatem
creatam. Item absurdum videtur, & cunctorum auribus execrandum, quod aliqua res debilis,
& quod videatur indignus, aliqua priuatio pura rei omnipotentem ad impotentiam tantam ne-
cessitatem, ut non possit nunc nec vnguam in futurum producere seu habere actum voluntatis in-
trinsecum, quem potuit semper ante, nec nunc aut vnguam velle, quod prius potuit semper vel-
le. Nunc enim nec in futuro potest producere, nec habere intrinsecè talum actum. Vo-
lo quod huc dies nunquam fuit futura, praesens, neque praeterita; nunc etiam nec vi-
tu futuri temporibus potest producere nec habere talum actum intrinsecum voluntatis.
D Volo quod A. fuit futurum ad effundendum in B. vel ante; volo quod A. sit in B. volo quod
A. fuit ante B. & semper ante potuit tales actus non temporaliter, sed aeternaliter producere
& habere, & aeternaliter non temporaliter ita velle: quid ergo ab omnipotente tantam poten-
tiam irreparabiliter abstulit? Quid ita insuperabilem indisolubilitate multilatitudine? Quid
summo ^{II necessita-} liberas necessitatem & impossibilitatem huiusmodi infinita sequitur inalleviabilitate
subiugavit? Absit quod aliquis vel leviter cogite, quod aliqua creatura hoc faciat, vel aliqua
priuatio creaturæ. Assignantium verò causam necessitatis prædictæ, ex parte relationis, aliqui
ponunt eam positiuam, & aliqui priuatiuam. Primi dicunt, quod ex presentia seu præterito
one rei consurgit una relatio realis vel rationis, quae est causa illius necessitatis in voluntate di-
uinam. Sed contra istam responsionem possunt reduci argumenta quae contra priorem. Illa
quoque relatio vel est aliquid, vel nihil. Si nihil, nihil causatur, nihil necessitatem; si aliquid, il-
lud consurgit ex re absoluta presentia vel praeterita, ergo ipsa originaliter necessitatem ita Deum.
E Quicquid enim est causa causa, est causa causatur; si causa causatur, si igitur responsio prima reddit. Item illam
relationem, si sit aliquid, potest Deus destruere: alias enim Deus & creatura similiter es-
set poterior ad aliquid facientem, quam ipsa Deus ad idem destruendum, quod non vi-
detur, cum sit omnipotens ad quocunque, qua destruenda & ista responsio destruetur. I-
tem praeteriti ad voluntatem diuinam non est aliqua relatio realis, quia non est extrellum
realis in quo posuit fundari, quia praeteritum iam transiit in non esse, nec potest fundari
in voluntate diuinam, quia tunc potius diceretur relatio voluntatis diuinæ ad praeteritum,
quam est contra; & quia tunc Deo aderet, accideret, & inhaeret relatio noua realis, quae
& esset mutabilis, contra quintum & viceversum tertium primi. Quare & Augustinus 5. de
Rer 3 Trinit.

Tract. 4. &c. 5. *accidens*, quod non oritur, quod dicitur de Deo, dicitur de eo secundum substantiam, quia quodam dicuntur de eo secundum relationem, ut pater in personis diuinis: nihil tamen dicitur de secundum accidentem, quia non mutabiliter. Unde cap. 4. sic dicit; Nihil itaque accidens in Deo, quia nihil mutabile aut amissibile, nihil ita eo secundum accidentem dicitur, quia nihil ei accidit; nec tamen omne quod dicitur, secundum substantiam dicitur; in rebus autem creatis atque mutabilibus quod non secundum substantiam dicitur, restat ut secundum accidentem dicitur. Omnia enim accidentia eis quae vel amittuntur possunt vel minui. Et sequitur capit. 5. In Deo autem nihil quidem secundum accidentem dicitur; quia in eo nihil mutabile est aut amissibile; secundum omne quod Deus dicitur, secundum substantiam dicitur. Dicitur enim ad aliquid, sicut pater ad filium, & filius ad patrem, quod non est accidentem; quia & ille semper pater, & ille semper filius, & ita semper, quia semper natus est filius, nec exigit enim esse filius, quod si aliquando esse cipisset; aut aliquando esse deficeret filius, secundum accidentem diceretur; & quia pater non dicitur pater nisi ex eo quod est ei filius, & filius non dicitur filius nisi ex eo quod habet patrem, non secundum substantiam hanc dicuntur, sed ad aliquid ista dicuntur, neque tantum secundum accidentem, quia & quod dicitur pater, & quod dicitur filius, eternum atque incommutabile est eis. Et infra eiusdem vit. mouet questionem de relationibus temporalibus in Deum & creaturem, secundum quas temporaliter ad talicem referuntur, quomodo illa non sunt accidentia, quoniam nihil accidit Deo temporaliter quia non est mutabilis. Et responde: quod hoc est, non quia ipsum substantia Dei aliquid temporaliter accidat, sed illi creatura ad quam dicitur relativa; quare finaliter sic concludit, quod ergo temporaliter dicitur incipit Deus, quod antea non dicebatur, manifestum est relativa dici non secundum accidentem Dei, quod ei aliquid acciderit, sed plane secundum accidentem eius, ad quod dici aliquid Deus incipit, ipse mutatur, Deus autem abicit ut aliquem temporaliter diligat, quasi noua dilectione quae in ipso ante non erat, apud quem nec praeterita transierunt, & futura iam facta sunt. Et per hoc totum inquit tertium modum eorum quae dicuntur ad aliquid, sicut mensurabile ad mensuram, scibile seu scitum ad scientiam, & sensibile seu sensatum ad sensum, vt docet Philosophus 5. metaphys. 20. quae ideo relativa dicuntur, vt utrū verbis Averrois, non quia relatio est in substantia virtusque relativa, sed in substantia alterius tantum, & in altero proprius aliud, id est alterum, puta scitum seu sensatum referunt ad scientiam seu sensationem tantum proprius relationem alias relativa ad ipsum. Nam quum quicquid scitur nouum aut sentitur, nihil nouum causatur in eo, sed in sentiente tantummodo vel sciente, & per illud solum referunt ad ipsos: non est ergo aliqua noua relatio realis inter Deum & praeteritum, quia ipsum necessitat ad volendum, nec etiam aliqua noua relatio rationis, quia non in Deo, cum omnino similiter intrinsecè semper se habeat, quia aliter est mutabilis, vt praecognitione docerunt, nec in rebus praesentibus: ponatur enim quod Deus totum annihilet viuens: nec in rebus praeteritis, cum nihil sint omnia, nec circum quam omnino sit in eis aliqua illarum. Item tanta est relatio futuri ad voluntatem diuinam sicut praeterita, ergo tantum necessitat. Item relatio, vt dicit Averroes super 12. metaphys. com. cap. 20. est debilioris esse, alijs predicationis, sed alia predicatione absolute non necessitatis voluntatem diuinam, vt pater contra responsionem priorum. Item tunc Deus necessitatur ad volendum illam relationem, aut ergo per seipsum, aut per aliam: si per seipsum, eadem ratione sic posset necessitari per absolum ad ipsum volendum, maxime cum absolutum sit nucleus & magis voluble, magisque motiuum voluntatis: si per aliam, erit processus necessitatis sine fine. Ponentes vero causam priuationis ex parte relationis, dicunt Deum non posse velle de quaquam presenti ipsum non esse, nec de quoquam praeterito ipsum non fuisse, quia hoc non est voluble. Sed illi non recte tangunt causam qualitatem; quæ sit namque primo fuit causa, quare necesse est Deum velle esse, vel hoc fuisse, non quare non potest velle contrarium. Licet enim Deus non posset velle contrarium, posset tamen, vt videtur, secundum istam responsionem non habere hoc velle, sicut homo potest non velle hoc esse, licet non vult hoc non esse. Item nulla relatio creatura, seu extrinsecè necessitat Deum ad volendum, sicut contra responsionem proximam est ostensum; ergo nec alicuius talis relationis priuationis priuatione necessitat eum ad non volendum, cum priuationis talis non sit potentior super voluntate diuinam, quia habitus. Ita causa quare hoc non est pro nunc voluble, est quia hoc nunc est: quare & prout ne cesset est hoc esse: hanc enarratio affirmativa est prior ista negativa & causa illius: aliquatenus necessitatis debet esse, vt 13. primi docet: existentia ergo huius rei est causa originalis impossibilitatis Dei volendi: hoc nunc non est, & necessitatis non sic volendi. Quare res extra est causa impossibilitatis & necessitatis in voluntate diuinam, sicut responsio 1^o dixit. Ita eadē ratione necesse est Deum nunc velle hoc esse, quia hoc non est; non potest nunc non esse voluble, & hoc est quia necesse

Augustinus
¶ talibus
alias taliter

II sensibile

II simili-
citer

Averroes

A. necesse est nūc hoc esse volabile, & hoc quia necesse est hoc esse, & hoc quād hoc est. Hec enim est, est originalis & primarii antecedens, ex quo à priori & causaliter hanc omnia consequuntur, sicut in simili, proximo est deductus, quare dicitur. Itē ut clariss arguantur, ista responsio habet necessitati dicere consequēter, quod ideo Deus necessitatis vult hoc esse, quia necessitatis est volabile istud esse, & causa originalis istius est hoc necesse, quare hoc nūc est. Necesse est Dei velle, quia quicquid est causa causa est causa causari: & sic responsio prima reddit. Item tunc quilibet res existens necessitat Deum velle, & quilibet res activa, quæ aliam potest producere, potest necessitari, & impossibilitate voluntatem diuinam, sicut responsio prima dixit. Item pura & sola priuatione nūc est causa alicuius positivi, quare nullius actus necessitatis in voluntate diuinam. Item hoc nūc non est est volabile ab homine, & aliquando fuit volabile à Deo, quia non est simpliciter & per se non volabile, seu involubile ab eo, & nūc non est volabile à Deo, sed non volabile seu involubile, ergo aliqua est causa istius mutationis;

B. & huius negationis & priuationis est aliqua affirmatio & potentia prior & causa, vt 13. primi docet, & illa non potest ponni, nisi ista res absoluta nūc existens, vel aliquid respectuum in ea, & sic reddit prima responsio vel secunda. A signantes vero causam necessitatis premissæ ex parte Dei tantum, & intrinsecam ipsi Deo quadrupliciter variantur. Nam primi dicunt hoc esse ex natura diuinæ: Deus enim, vt dicunt, est talis naturæ, quod præsentis re vel prædicta necessitatis vult ipsam esse vel fuisse. Sed si hoc sit purè naturaliter & intrinsecè tantum Deo, cùm agens purè naturaliter dispositum semper similiter, passo quoque disposito semper similiter, semper sit similes actus, cùm nulla causa dissimilitudinis possit dari, sicut & docet Philosophus 9. Metaphys. 10. sed omnia purè naturalia Deo intrinsecè semper similiter disponuntur, cùm per quintum primi sit immutabilis in natura, semper necessitatur equaliter ad volendum. Hæc autem ratio confirmatur, quod secundum Philosophum 2. de generatione & corruptione cap. penult. Idem & similiter habens, serpens idem innatum est tacere, & 5. Metaphys. 2. ostendit, quod idem est causa contrariorum, sed per dispositiones diversas; natura vero diuinæ disponitur semper similiter. Nec potest quis dicere quod natura Dei aliter intrinsecè disponitur prædicente vel præterita, quād ipsa futura, quia tunc est mutabilis, & quia tunc hoc est ex præsenti vel præteritione rei: ergo ipsa est causa necessitatis in voluntate diuinæ, quod prius est destrutum. Secundi vero ponunt hoc esse ex parte veritatis diuinæ, quæ sicut res præsens & præterita, ita necessitatis se habet, ita necessitatis exigit ut Deus conformiter semper velit. Hæc autem responsio potest redargi sicut prior, quia veritas diuinæ naturaliter purè semper semper intrinsecè similiter omnino se habet. Item secundum istam responsionem causa istius est veritas necessaria ex parte rei præsentis vel præterit, & causa originalis istius est existentia talis rei: ergo & ipsa est originalis causa necessitatis in voluntate diuinæ, quod erat superioris probatum. Item veritas Dei intrinsecè respectu futuri tantum est, & intrinsecè similiter omnino se habens sicut respectu præteriti vel præsens; quare tam necessaria & tam firma. Non enim posset intrinsecè aliter se habere nisi proprius existentiam vel præteritionem rei extrinsecè, quod non potest, cùm nullo modo ab illa dependeat nec causetur, cùm hæc sit inferior veritas, illa superior; hæc causata, illa incausa; hæc posterior, illa prior, sicut undecimum & duodecimum primi docent. Tertii autem credunt, quod hoc sit ex parte voluntatis diuinæ, scilicet, quia vult se necessitari ad volendum præfens esse, præteritumque fuisse. Sed si quando res venit & præterit velit se necessitari ad sic volendum, vel hoc vult necessitati, vel libet secundum contradictionem. Si necessitatio, vnde sibi illa necessitas est? Et reddit pristinā difficultas, quia processus infinitus in talibus voluntibus non est dandus. Si libet secundum contradictionem, potest non sic velle: quod si ponatur, non necessitatur, sicut hypothesis ista dicit. Item sit A. voluntas qua Deus vult nūc hoc esse libet secundum contradictionem, & B. voluntas qua vult se necessitari ad A. vel ergo B. est voluntas nūc noua vel antiqua, & aeterna; non est nūc noua, vt 23. primi monstrar. Si est aeterna, vel ergo illa aeterna aeternitate ante fuit libera secundum contradictionem, vel necessaria; si libera, vnde ergo nūc est necessaria? Et reuerterit difficultas. Si fuit aeternaliter necessaria, & ex illa semper necessitatis sequebatur A. nūnc fore, & ex A. hoc fore; quare sicut prius era ostensum, aeternaliter fuit necessitaria A. nūnc fore, & hanc tamen nūc fore, & ita de quoconque futuro, cuius oppositum hypotheticus supponebat. Item posito quod harum duarum voluntionum Dei, quarum una vult rem esse vel fuisse, & altera se necessitari ad sic volendum, si haberet tantum primam, adhuc necessitatis velit rem esse vel fuisse, sicut res necessitatis esset aut fuisse. Posito namque, quod haberet voluntem hanc solam, volo hoc esse aut fuisse, necessitatis ita vellit. Item sola Dei voluntas, qua vult rem fore in A. instanti futuro, sufficit ad producendum illam in esse in A. sicut decimum primi & corollarium eius

II forent

eius docent, & quia alies non esset omnipotens, quod si ponatur, responso destruetur. Item A eadem ratione potest necessitatem similiter ad volendum omnia futura, & ad omnia producendum. Quis ergo nouit enim Domini, ut quis confitans eius fuit in tantum ut audeat dicere non sic fecit? Item eadem ratione potest le necessitatem similiter ad non faciendum, & impossibilitatem ad faciendum quodcumque quod non est factus, & ita potest reddere omnipotenter tam impotenter, ut non possit leuare festucam, volendo scilicet se ne celsari ad volendum nunquam leuare festucam, vel impossibilitati ad volendum se leuare festucam. Item cum Deus non possit necessitari ad volendum futura, & potest ad presentia, & nulla causa ex parte Dei intrinseca potest dari, propter immutabilitatem eius omnimodam, aliqua causa extrinseca erit danda, & nulla nisi res extra, sicut responso prima dixit. Item res presentes vel praeterita necessitatem presupponitur ad istam necessitatem in voluntate divisa; ergo est aliqua causa illius, sicut ostensum fuerat quanto primi, & sic responso prima redit. Quarto veritas affirmant hoc esse ex parte modi volendi in Deo. Dicunt enim quod vult futurum quasi B futurum, scilicet per talis actum volo hoc fore; presentes vero & praeteritum quasi presentia, & praeterita, id est, per tales actus volo hoc esse, volo hoc fuisse; quorum modorum primus, ut dicunt, facit libertatem secundum contradictionem; aliud vero necessitatem secundum alteram partem taotum. Sed istud non est verum, quia omnino similiter, & non aliter intersecetur vult primo hoc fore, secundum hoc esse, & tertio hoc fuisse: alias enim intrinsecè mutatur, contra quidam, vicelimum tertiū, & vice summum quidum primi. Item si Deus alter intranscē vult præterita, præsentia, & futura, aliter intrinsecē ea *scires*, contra prius ostensa vicelimo tertio & vice summum quarto primi. Item eti illi modi volendi essent diuersi, nulla posset causa intrinseca assignari, quare vultus esset liber & non alius, cogitatio, potentia, voluntua, & omnia intrinseca requisita sunt æquæ potentia, æquæ efficacia, & per omnia æquæ firma respectu unius, sicut & respectu alterius, nec potest assignari causa extrinseca, quia tunc rediret prima responso vel secunda. Item Deus vult præsentialiter hunc viatorem esse prædestinatur, & præterite hunc fuisse prædestinatum, ergo vult necessariò illis modis, ergo iste viator necessario est prædestinatus, quare & necessario est salvandus, cum hæc ambo ex antecedente necessario necessario consequantur. Et similiter potest argui de quoconque futuro, quod ipsum necessario veniet, qui de quoconque tali Deus & vult præsentialiter & præterite voluit tales propositiones esse veras fuisseque veras, hoc erit, est verum; hoc erit, sicut verum; quare necessario vult & voluit illis modis, unde necessario sequitur quod hoc erit. Et idem est si A. ponatur volutio, qua Deus vult hoc fore, & B. volutio qua vult A. esse vel fuisse, quod B. est necessaria &c. sicut prius. Quare alij perpendentes causam necessitatis premissem non posse sufficiens assignari ex parte rei solius, nec Dei solius, assignant eam maxime inde. Sed præcedentibus stantibus istud stare non potest, quoniam omnis effectus causatus à duabus causis, aut causatur parum ab una & parum ab alia, aut ab ira que secundum se totum, sicut actus voluntatis creatæ totus efficitur à voluntate creata & totus ab increta similiter, sicut corollarium 20. secundi monstrauit, sed necessitas supra dicta non causatur partibiliter ab his causis, quia nulla potest ibi partibilitas assignari. Nec potest quis fingere quod partibilitas similitudinaria & imaginaria secundum intentionem & remissionem est ibi ponenda; quia sit A. illa necessitas, & B. pars eius primaria causa rata à Deo, & C. reliqua pars eius causa rata à causa secunda; aut ergo A. est infinitæ intentionis, aut tantum finitæ. Si infinitæ, ergo & tam B. quam C. quia si alterum non sit infinitum, sed tantum finitum, sit illud C. sicut magis videtur, tunc B. est simpliciter infinitum: alias enim ex ipso & C. non componeretur simpliciter infinitum, quia finitum adiunctum finito facit tantum finitum, sicut potest Mathematicæ demonstrari. Ostensum est etiam primo primi, nullam formam posse esse infinitam simpliciter infinitum: nec potest concedi, quod B. pars A. necessitatis prædictæ est simpliciter infinitum, quia necessario finitus in copulatione C. cum ipso. Ibi enim de necessitate est aliquis gradus, qui est finis communis & terminus virtusque, sicut & aliquis punctus est in continuo, & continuo duratum linearum talium. Et quia B. est pars A. quare & minus illo; sed nullum infinitum simpliciter est minus aut maius alio, simpliciter infinito, sicut testatur Philosophus multis locis. Si vero dicatur in primis, quod A. non est simpliciter infinitum, sed secundum quid tantum, potest reselli per idem, quoniam si tam B. quam C. sit omniqualiter finitum, ergo & A. constitutum ex illis, sicut superius est argutum. Quare forsitan dabitur, quod A. est simpliciter & omniqualiter finitum; sed tunc A. potest augeri, & esse maius & melius, cum A. sit bonum in Deo, quia per tertiam partem corollarij primi, primi nihil aliud est in eo; non ergo omne bonum in Deo est in eo optimum possibile, nec summum, contra quartam partem corollarij supra dicti; quare nec Deus semper necessario optimus permanet, contra sextam partem

A patrem corollarij memorati, Aselimus quoque Monolog. 16. Palam est, inquit, quod quodlibet bonum summa natura sit, summa illud est, illa est ergo summa causa, summa vita, summa ratio, summa salus, summa iustitia, summa sapientia, summa ventus, summa bonitas, summa magnitudo, summa pulchritudo, summa certitudo, summa immutabilitas, quare & summa necessitas supradicta. Item si Deus nouiter fecit tantum partibiliter, causaret voluntates sua necessitatem huiusmodi, ipse esset mirabilis, sicut superius est ostensum. Ita voluntates potest fieri non totaliter, sicut partialis voluntatis diuinae, sicut vicecl^{an}sum, primi docet, nec quicquam agnoscit illam, quare nec eam necessitatem modo, Ostensum est etiam contra responses priores, quod res extra, non sunt causa necessitatis illius, quare nec causa etiam partialiter effectiva. Nec potest quia dicere quod agit Deus quam extra causant istam necessitatem secundum le rem, quia voluntas est reprobatum suum, prius contra responses præmissas. Item Deus disponit omnino, huiusmodi, & penitus uoluntate, quantum est ex parte sui invenit, nunc existente hac re, quam prius, sicut ostensum est supra; ergo illa noua necessitas in voluntate diuina & causatur totaliter a re extra. Item secundum omnino noua causatione ex parte Dei intrinseca, & tantum polita re presenti, ponitur illa necessitas, sicut præsentia manifestantur, ergo postea sola re est causa sufficiens necessitatis illius. Item quod Deus maxime cum re extra præficiat necessitatem huiusmodi, vel necessario, & libere, potest non sic causare stante re presenti, & tunc vel non erit bona necessitas, quod est contra primam hypotheticam; vel si erit, causabitur a re iusta, quod recipio in ista nego. Si necessariò, vnde sibi illa necessitas, &c. sicut contra responsum sextam præmissum. Ita quod Deus maxime cum re præficiat causat necessitatem huiusmodi, vel potest naturaliter vel voluntate. Si naturaliter, hoc reprobabitur, sicut responso quarta prius. Si voluntariè, sit ergo quod per A. voluntate, aut causat necessitatem, sicut responso quarta prius. C. utrumque invenit voluntas: Aut ergo A. est noua voluntas vel actionis, &c. sicut contra responsum in sextato in similargumento. Item si sic esset, hoc maxime videatur contingere, quia Deus causat tempore presentem, & illa viceversa, causat illam necessitatem in voluntate diuina; ergo res presentes, tanquam causa instrumentalis, media & secunda, totam hanc necessitatem causant, quod superius est dictum. Item res præterita nihil est, quare nihil causat, neque necessario separatur, nec mixum. Res etiam, quæ nunc non est nec unquam fuit, potest tamquam esse & prius fuisse, nihil est nec fuit, ergo nihil causat separatum nec mixum; quare nec sic diuinam necessitatem aut impossibilitatem voluntatem, &c. quia contra primam responsum similiter sicut arguta. Alij vero, videntes nullam causam necessitatis huiusmodi rationabiliter posse dari, dicunt nullam esse causam illius, quare nec aliquam causam illius conquerendam, nec aliquam assignandam, quod & per exempla confirmant: Deus inquietus, aliquando creavit mundum, sed quare tunc? Deus etiam est nouiter creator D. & Dominus mundi, sed quare? Quid efficiens taliter? Quod dicitur, nulla causa. Sed istud neque Philosophice, neque Logice, neque Theologicè potest dici: omnis enim mutatione causam habet, sicut tota Philosophia testatur. Nam alij leuitate consumili posse dicunt, quod nullus motus, nulla actio, vel passio, & vniuersaliter quod nulla mutatione aliquam causam habet: hic autem est mutatione; nam transitus de uno contradictoriorum in reliquum sine mutatione esse non potest; sed Deus prius fuit ibere & non necessario volens istud, nunc auferre est non libere, sed necessario volens istud. Quod autem transitus de uno contradictoriorum in reliquum necessario mutationem requirat, Logica clare docet. Sit enim A. illa, Deus non est necessario volens istud, & B. ista, Deus est necessario volens istud, & C. hoc in statu, & secundum illud vulgari simum Logicum, & quod res est, vel non est, est oratio vera vel falsa; quare si totaliter & omni modo similiter ita sit ex parte resignata per A. & B. in C. sicut fuit & est contra; & A. sicut verum ante C. & B. falsum, ergo & in C. vel si A. est falsum in C. & B. verum, ergo & simili modo ante, ergo hæc responsie facit contradicitoria simul vera, & etiam simul falsa, & eandem propositionem simul veram & falsam. Item B. prius fuit falsum, & etiam est verum, ergo aliqua est causa huius, & hæc necessario est, quia prius non fuit ita realiter, & modo est ita, ergo aliter est ex parte rei nunc quam prius, ergo per aliquam mutationem, ergo per aliquam mutans, ergo & per causam. II. id est potest similiter argui iuxta processum Philosophi 4. Metaphys. contra negantes prima principia disputantes supponendo nomina habentes significationes determinatas & certas. Quamdu ergo significatio, seu res significata cuiuscunque nominis integrè permanet, nomen similiter permanet, & est contraria, & simul ergo accedunt, & simul recedunt, quapropter nunquam sit acquisitione vel perditio nominis aliquius sine acquisitione vel deperditione aliquius significationis seu significati illius, quare nec significatione aliqua qualicunque. Item exempla eorum neque Philosophicam,

tam, neque Theologicam sapienti veritatem. Philosophie namque loquendo, Agens rationale certo tempore agit ad extra, quia tunc vult; unde Philosophus 9. Metaphys. 10. dicit, quod potentia factus mutatione sunt contraria, & obiect, quare simili facient contraria; hoc autem impossibile, & responderet innuendo consequentiam non valere, quis aliquid aliud requiritur quod determinet potentiam ad unam partem, scilicet voluntas, & quando per illam determinatur, tunc facit alterum, non utrumque; illa ergo voluntas determinans est causa quare tunc hoc facit, unde respondendo sic ait; Necesse ergo alterum aliquid esse quod proprium est, dico hoc autem appetitum aut probatrem: quod enim desiderauerit principaliter, hoc faciet, quando ut possit extiterit: quare potens secundum rationem omnem necesse quando desiderat, cuius habet potentiam, & ut habet, hoc facere; Deus autem cum ratione de rationabiliter fecit mundum, quando eternalter voluit se facturum, igitur quia tunc voluit, tunc & fecit, quod & pater completius nono primi. Unde & Apocalyp. 4. Tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam eras, & cuncta sunt. Et Augustinus 1. de Gen. B. contra Manichos; Voluntas Dei omnia, quia sunt, ipsa est causa. Qui ergo dicit, quare Deus fecit celum & terram? respondendum est, quia voluit: voluntas enim Dei causa est celi & terrae. Item eadem ratione habent dicere consequenter de quoconque quandocunque creato seu facto a Deo, quod nulla est causa quare tunc sit vel creatur, & hoc videtur destruere causam efficientem & finaliem in Deo, vel ponere ipsum agere casualiter & fortuitò omni tempore instanti: sed causam efficientem in Deo ostendunt premissa, & illud Ioh. 1. Omnia per ipsum facta sunt, cum tertio, quartio, & nono primo: Et causam finaliem in Deo probant multa autoritates Philosophicæ & Theologicæ vicissimo quinto primo conscripta. Vnde Parab. 16. Omnia propter semetipsum operatus est Dominus. Et Apoc. 1. Ego sum Alpha & Omega, principium & finis. Quod verò Deus non agat casualiter vel fortuitò, quousque tempore vel instanti, octauum & nonum primi cum vicissimo septimo, vicissimo octavo, & vicissimo nono docent. Unde & Ecclesiast. 3. Omnis tempus habens: sed à quo, nisi C ab illo qui in mensura, & numero, & pondere cuncta disponit: Quare & Augustinus 22. de Civit. Dei 2. sic dicit, Antequam veniat tempus quo voluit ut fieret, quod ante tempora uniuersa praesciuit atque disposuit, dicimus fieri, quando Deus voluerit. Et si adhuc obiectant, quod illius voluntatis nulla est causa, quare nec necessitas prædicta, hoc nullum debet mouere, quia illa Dei volutio est eterna, sed illa necessitas est nouella, quare & aliquam causam habet. Quod etiam Deus nouiter est Creator & Dominus, causam habet, causam, inquam, formalem & efficientem similiter. Deus enim dicitur nouiter relativè Dominus huius rei, & non per relationem nouam accidentem nouiter ipsi Deo, sed tantummodo creature, sicut contra secundam responsionem superius est ostensum. Ipsa ergo relatio consurgens ex creature, quia necessariò subiicitur diuino dominio, est causa formalis extrinseca atque impropria, quia Deus formaliter dicitur Dominus huius rei. Hæc quoque relatio habet causam efficientem, est & item scilicet huius rei, ex qua ista relatio necessariò pullular & emerat. Cum D ergo querunt, quis fecit Deum Dominum huius rei: dico, quod ille, qui fecit hanc rem. Fecit enim quodammodo istam relationem: quia Deus dicitur Dominus huius rei; sicut qui dicit Iohannem hanc rem, facit eum Dominum huius rei; qui videt Iohannem vel intelligit, facit Iohannem visum & nouiter intellectum: Deus ergo facit ipse ipsum Dominum huius rei faciendo hanc rem, ex qua necessariò oritur relatio supradicta, sicut & Iohannes ipse facit ipsum Dominum huius rei faciendo hanc rem suam. Cuius exempla satis authentica scriptura canonica sepe profert. Vnde Psalm. 9. Factus est Dominus refugium pauperi: 17. Factus est Dominus protector meus: 29. Dominus factus est adiutor meus: 89. Domine, refugium factus es nobis: Et i. 17. Factus est mihi in salutem, cum multis similibus multis locis. Quod ergo Deus nouiter dicitur* relativè ad creaturem, est propter nouam causam & nouam mutationem ex parte creature, sicut & in quoconque quod dicitur nouiter relativè. Hoc enim est vel propter nouam mutationem in eo quod sic nouiter dicitur, vel in illo ad E quod nouiter sic dicitur, sicut apparet de relativis tertij modi, vi potest haberi à Philosopho 5. Metaphys. 20. & ab Averroë ibi, sicut erat superiorius allegaratum, & 5. Phys. 10. vult, quod ibi est noua relatio, sit mutatio & motus, saltem in altero relatorum, sicut exemplificari ibi Averroës de columna, quæ primò est in dextro Socratis, & post vertitur ad sinistram, per hoc quod Socrates transfertur in loco. Eandem quoque sententiam Boetus de Trin. vlt. planè docet. Quare & Augustinus 5. de Trinit. vlt. ostendit quod quando Deus incipit temporaliter relativè dicit ad creaturem, hoc esse per mutationem in creature, non in Deo: unde sic ait, De illa commutabilitate Dei substantia debemus accipere, ut dicatur relativè aliquid ad creaturem, ut quamvis temporaliter incipiatur dici, non tamen ipsi substantiæ Dei accidisse aliquid intelligatur,

Apocalyp.
Augustinus

Parabol.

* Deus

A. intelligatur, sed illi creature ad quam dicitur, Domine, inquit, refugium factus es nobis: Refugium ergo nostrum Deus relatiū dicitur. Ad nos enim referatur, & tunc refugium nostrum fit, cum ad eum refugimus; nunquid tunc sit aliquid in eius natura quod antequam ad eum refugierimus non erat? In nobis ergo sit aliqua mutatio: sic & Pater noster esse incipit, cum per eius gratiam regeneramur: substantia itaque nostra mutatur in melius, cum filii eius efficiamur; simili & ille Pater noster esse incipit, sed nulla sue commutatione substantia. Quod ergo temporaliter dicitur incipit Deus, quod antea non dicebatur, manifestum est relatiū dici, non tamen secundum accidens sicut, quod ei aliquid acciderit, sed planè secundum accidens eius, ad quod dicitur aliquid Deus incipit, ipse mutatur. Exempla ergo istorum non continent veritatem, nec etiam conueniunt exemplatim. Ita enim exempla sunt de relationibus ex creature nascentibus, & extrinsecis ipsi Deo. Necessestis verò prædicta in voluntate diuina ex nulla creature causatur, sicut superius est ostensum, quod & ista responsio confitetur, & est intrinseca ipsi Deo. Hæcigitur per methodum libertatis & necessitatis voluntatis diuinae contra hypothesis principalem.

C A P. XXXI.

Reuocat eandem per viam necessitatis & contingentia intellectus scientiæ que diuinae.



C Ontra eandem quoque hypothesis potest similiter argui per viam necessitatis & contingentia intellectus scientiæ que diuinae. Nam ante præsentiam seu præteritionem rei Deus contingentiter sciuit eam semper futuram & fore, sed in eius præsentiæ seu præteritione necessariò scit eam semper fuisse futuram, & esse vel fuisse; ergo tunc aliter intrinsecè scit quam prius, quod est contrarationes præmissas, & contra autoritates superius memoratas. Nec aliqua rationalis causa huius necessitatis nouella in diuina scientia poterit a signari, prohibentibus rationibus de necessitate nouera in evolutione sua voluntate diuina, si ad diuinam scientiam congruè transferantur, decimo quinto primo, arque decimo sexto succurrente. Nec sine causa rationabilis potest necessitas talis ponit, sicut contra responsonem ultimam est ostensum. Item si diuina scientia respectu futurorum sit contingens ad utrumlibet, & respectu præsentium & præteriorum necessaria, Deus certius intrinsecè scit præsens & præterita quam futura: hæc enim certiora sunt illis. Illa namque, quæ necessariò sunt aliquantia, sunt certius talia quam illa qua contingenter ad utrumlibet tantum sunt talia: nam hec non posunt non esse talia, illa possunt; Deus ergo perfectius scit præsens & præterita, quam futura. Nam scire quid certè est perfectius, quam incertè; quare Deus intrinsecè mutatur & melioratur de novo; nec etiam scit futura summè certè, nec summè perfectè. Huius III etiam majoris certitudinis nulla causa rationalis potest dari, quia non intrinseca ipsi Deo, cum ipse intrinsecè non mutetur, nec extrinseca, quia nulla res extrinseca quæ quam causat in eo. sicut 15. & 16. ac 20. primi docent. Quapropter & Sapiens Ecclesiasticus 23. Dominus, inquit, Deo antiquam crearentur, omnia sunt agniti, sic & post perfectum respicit omnia; sic inquit, & non aliter. Vnde & Augustinus 15. de Trinit. 13. Nec, inquit, aliter sciuit creata quam creanda: Angustinus non enim eius sapientia aliquid accedit ex eis, ita ut scriptum est in libro Ecclesiastico, Antequam crearentur, omnia nota sunt ei, sic & postquam consummata sunt; sic inquit, non aliter. Qui & quinto super Gen. ad literam 18. Ipsi, inquit, Deo non audeo dicere alio modo innotuisse cum ea fecisset, quam illo quo ea nouerat, ut faceret, apud quem non est communatio nec momenti obumbratio. Quare & Petrus 1. sentent. dist. 35. Sciuit, inquit, Deus ab eterno eternum, & omne quod futurum erat, & sciuit immutabilitatem; scit quoque non minus præterita vel futura, quam præsens, & sua eterna sapientia & immutabilitatem scit ipse omnia quæ sciuntur.

E C A P.

C A P. XXXII.

Reducit eandem per viam immutabilitatis voluntatis diuinæ.



Et viam etiam immutabilitatis voluntatis diuinæ potest eadem hypothesis impugnari. Nam si Deus posset nolle priuatiæ, seu etiam poli-
tiæ pro nunc præsentia ista esse, quæ nunc vult esse, & præterita illa
fuisse quæ vult fuisse, & ammòdò semper nolle illa præsentia atque
præterita fuisse futura, quæ semper ante voluit fuisse futura, esset mu-
tabilis, sicut & omnes Autores huius hypothesis conseruentur. Sed si
militet omnino intranscè se habet voluntas diuina ad futura, sicut ad B
præsentia vel præterita, ut potest haberi per prius ostensa tricesimo
huius; alias etiam re futura facta præsente vel præterita intranscè mutaretur contra vice-
mura tertium primi libri; ergo si futura quæ vult, & semper prius fore voluit, potest pro nunc
& semper post nolle fore, non possum illis in esse, est mutabilis; vel è contraria, si Deus sine sui
mutatione, futura, quæ nunc vult, & semper prius voluit fore atque fuisse futura, potest pro
nunc & semper post nolle fore ipsius non positis, & nolle illa fuisse futura; potest similiter sine
sui mutatione nolle pro nunc præsentia ista esse, præteritaque fuisse, & semper post nolle hæc
fuisse futura. Nam nulla causa vel ratio dissimilitudinis potest dari. Et si fortassis quis dicat
hanc esse causam dissimilitudinis inter ista, quod nunc necesse est Deum velle & semper vo-
luisse hoc præsens præteritumque fuisse futurum, & ideo, si post hoc noller, necessariò mutaretur;
non sic ante de futuris; ergo Deus aliter intranscè vult præsentia & præterita quam fu-
tura, & aliter intranscè eandem rem primò futuram, deinde præsentem, ergo est mutabilis. C
Voluntas quoque diuina non est magis necessaria respectu præteriorum vel præscientiarum,
quam futurorum, sicut tricesimum huius docet. Et si quis adhuc aliter dixerit, quod si Deus
posset post hoc nolle de hac re præsenti vel præterita ipsam fuisse futuram, quam semper vo-
luit fuisse futuram, & hoc ficeret, ipsa res esset mutabilis, & necessariò mutaretur de fuisse
futurum in non fuisse futurum, non sic autem de re futura; quare & voluntas diuina his ne-
cessariò commutaretur similius & non ibi. Sed quare magis in hoc casu res præferet vel præ-
terita mutaretur, quam res futura? Nulla enim causa nec ratio potest reddi, nisi quia rem præ-
sentem vel præteritam necesse est semper fuisse futuram, & Deum semper conformiter volu-
isse, & non sic de re futura, & sic ista responsio similis est priori. Rursum ad idem. Mutatio
in effectu non est causa mutationis in agente, sed magis è causa, vbi sit mutatio in agente,
& maximè in effectu voluntatis diuinæ: alias enim ad mutationem suorum effectuum conti- D
nuè mutaretur; ipsa quoque est impensisibilis, inalterabilis, immutabilisque omnino à suis effe-
ctibus vniuersis, sicut vicestatum primi docet. Item istud videatur quasi vna communis animi
conceptio apud omnes; omne quod est vnius dispositionis, & potest esse oppositæ, hoc potest
per aliquam mutationem, loquendo de potentia actuabilis, & non penitus absoluta. Hoc vi-
detur in omni alia materia tam absoluta, quam etiam relativa. Nam si hoc non est ens, vel
homo, vel calidum, & potest esse, per aliquam mutationem hoc esse potest. Et idem appareret
in omni specie relativa: nam si hoc non est duplum huius, vel pater, vel cognitum, & potest esse,
per aliquam mutationem hoc potest, sicut tricesimum huius monstrat. Hoc idem non
improbabilitate confirmatur, quoniam, ut videtur, si hoc non est tale, & potest esse, potest fieri
tale, communiter loquendo de fieri, sicut Dominus refugium factus est nobis, ut idem tricesi-
num manifestat: omnis autem huiusmodi factio, mutatio videtur aliqualis, quia de uno op-
positorum in reliquum transitus sive motus. Et causa huiusmodi quasi maxima inserita na-
turaliter omnibus hæc videtur, quia esse quod est, & non esse quod non est, quan- E
do non est, necesse est; & similius fuisse quando fuit, & non fuisse quod non fuit. In hoc
enim consentiunt Logici, Philosophi, Theologi, & communiter totum vulgus; & si necesse
sit hoc esse aut fuisse dispositionis vnius, & potest esse oppositæ, potest mutari; quia hoc non
potest nisi per recessum à dispositione priori, tanquam à termino à quo, & accessum ad poste-
riorem, velut ad terminum ad quem motus. Et si quis dixerit illam maximam esse veram de
presentibus & præteritis dentaxat non dependentibus à futuro; aduertat, quæso, hanc glo-
sum nulla communis animi conceptione, nec villa autoritate maiorum, sed tantum quibusdam
sophistarum argumenti sustentari. De quoque voluntas nequaquam à futuris dependet, sicut
viceustum primi, & tricesimum secundi docebant, sed futura ab illa, sicut decimum quartum
primi

- A primi monstrat: nec aliter intranscè quoquis modo se habet diuina voluntas ad futura, quam ad præscientia vel præterita, nec è contra, sicut 30. huius claret. Præmissis igitur suppositis vide-
tur, quod si Deus nunc est & semper fuit volens hoc fore, vel hoc fuisse futurum, & potest esse
dispositionis oppositæ, non posse re in esse, quod hoc possit per aliquam mutationem, & non
ex parte voluti ante positionem eius in esse. Nam contradictionem incedit quod aliquid
mutetur de futuro in non futurum, nisi per positionem eius in esse, sicut 18. huius erat ostenditum;
ergo per mutationem voluntatis diuinæ. Potest similius argui supponendo A. esse
vnum non futurum, possibile tamen fore, quod Deus sit semper nolens A. fore, & potest es-
se volens A. fore; ergo per aliquam mutationem hoc potest, & non per mutationem ex parte
rei, quia illa esset de non futuro in futurum, contra 18. huius, ergo per mutationem voluntatis
diuinæ. Porro istas ratiunculas logicas transeundo, idem ostendit per vnam Theologicam ra-
tionem, nempe si secundum hypothesis in Deus semper volunt aliquid fore, & potest nunquam
B hoc voluisse, sed semper voluisse oppolitum, sine mutatione quacunque; simili ratione, potest
quam Deus dixit, promisit, & iurauit se facturum A. seu A. fore, potest non facere A. & possibi-
le est non fore sine sua mutatione, mendacio, vel perjurio qualicunque. Potest enim nunquam
sic dixisse, promisisse, neq; iurasse, sine mutatione quacunque: quod si ponatur, potest non fa-
cere A. sine mutatione, mendacio, & perjurio qualicunque; quod videtur mendacium, &
contrarium Theologica veritati. Nam Numer. 23. Balak volenti placuisse Dominum, vt Bala-
am de suo cōsensu vel permissione maledixisset populo Irael, cui parum ante, Dominus bo-
na, & benedictionem promisit, respondit Balaam, immo Dominus per Balaam. Non est Deus
quali homo ut mentitur, nec si filius hominis ut permittetur. Dixit ergo, & non faciet? Lo-
catus est, & non impletit? Ad benedicendum adductus sum, benedictionem prohibere non
valco; ergo si Deus quicquam promiserit, puta A. famrum, nulli illud impleret; esset mutabi-
lis atque mendax. Secundum tamen predictam hypothesis potest Balak veraciter respon-
disse, etiā Deus dixit & locutus est A. fore, potest esse quod nunquam hoc dixit; nec locutus est,
& hoc sine mutatione quacunque: quod si ponatur in esse, licet non faciat A. sed eius opposi-
tum, non sequitur quod mutetur aut etiam mentitur. Nec quisquam hoc dictum Balaam, quia
malus fuit, tanquam non authenticum partui pendat, quia cū dictum Domini summum autem,
sicut & Caiphe dictum fuit: nam Scriptura ibi præmisit; Cui, felicit Balaam, cum Dominus
occurredisset, posuissetq; verbum in ore eius, ait, Reuertere ad Balak; & hæc loqueris ei; omnes
que catholice tractatores dicta Balaam ibi pro Prophetis ac dictis diuinis, & authenticis am-
pliebantur, quod & Ecclesia sancta facit, quæ in die Epiiphania sic canit, Balaam de quo vati-
cinans, Exhibi || ex Jacob rusticans, inquit, stella. Item Psalm. 83. Neque profanabo testamen-
tum meum, & quæ procedent de labijs meis non faciam irrita: Semel iuravi in sancto meo, si
Daudi mentiar; semen eius in æternum manebit. Vbi Dominus innuit per Prophetam, quod
si semen Davidis mani in æternum maneat, sicut ipse promisit arque iurauit, qd ipse profanaret
D testamentum suum, & quæ processerunt de labijs suis ficeret irrita, ac etiam meniretur. Sed
profanatio, irratio, & mendacio mutationem importat. Si tamen Dominus postquam pro-
misit & iurauit hoc Davidi, posset hoc nunquam promisisse, neq; iurasse, posse hoc non face-
re absque profanatione testamenti, irritatione, vel mendacio qualicunque. Item Malach. 3. Ecce,
inquit Dominus populo Irael, Ego mittam angelum meum & preparabit viam ante facies tuas:
& premisit alia bona multa, & ad confirmationem promissiōnis adiungit; Ego || enī Do-|| inquit
minus, & non mutor, quasi diceret, Ego non sum mutabilis, ergo faciam vobis ista, ergo è con-
tra, non faciam vobis ista, ergo sum mutabilis, quod tamen secundum hypothesis nullatenus
sequeretur. Licet enim Dominus ista promisit, potest esse sine mutatione quacunque, quod inq;
quoniam ista promisit: quod si ponatur, & si Deus ista non faciat, non mutatur. Itero ad Hebre-
6. Abundanter volens Deus ostendere pollicitatiois hæredibus immobilitatem consili-
sui, interposuit iuslurandum, ut per duas res immobiles, quibus impossibile est meniri. Da-
rum, fortissimum solatum habeamus: ybi supponit Apostolus, quod pollicitatio & iusluram
quod Deli, quibus promisit hæredibus certa bona, quæ si oī A. sunt res immobiles, quas si non
impleret exhibendo eis A. bona, mentiretur, quare & similius mutaretur, quod tamen secun-
dum hypothesis nullatenus sequeretur. Simus enim in medio tempore inter promissionem
& exhibitionem A. bonorum, tunc secundum hypothesis, potest esse quod Deus nunquam
promisit nec iurauit hæredibus A. bona futura; quod si ponatur, potest Deus illa nunquam ex-
hibere hæredibus sine mutatione vel mendacio qualicunque. Ad hæc omnia || quæ si fortasse
breueriter respondebit, dicendo hæc omnia debere intelligi in sensu compositionis semper con-
iunctim; non in sensu divisionis sine divisione, quia si Deus promisit non impletet, ita quod ista
duo concurrant, qd. Deus hoc promisit, & quod Deus hoc non impletat, mutatur atq; mentitur.
S. ff. diuinum

divisum tamē hoc, pūta A. quod Deus præmissit, potest non implere sive non facere sine inu-
tatione & sine mendacio, qua potest esse quod nunquam A. præmisit. Sed autoritates præ-
missæ, si respiciantur interius, non loquuntur coniunctim, sed tantummodo diuisim. Apollos
lus namque per præmissa voluit effigere hæredes ad fortissimum solarium, & firmissimam
spem in Christo; Vt, inquit, per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum,
fortissimum solarium habeamus, qui configuratus ad tenebram propositam spem, quam si-
cut anchoram habemus animæ turam ac firmam, & incedentem usque ad interiora velami-
nis, ubi præcesset pro nobis introiit Iesus secundum ordinem Melchisedech. Pontifex factus
in æternum: quomodo tamen haberemus fortissimum solarium, aut spem utram ac firmam
tantum in una oratione composita, in una cōditionali, in una congerita dictiōnē, pūta, Deus nō
potest sine mutatione & mendacio non implere promissum existens præmissū? I. uis pro-
positio non est possibilis, Deus sine mutatione & mendacio nos implebit promissū, vel si Deo quic-
quam promisit, & non implebit, mentietur atque mutabitur. Maxime cum illud, cui talis pro-
positio seu conditionalis consolatoria, & speratoria, velut fundamento consolationis & spei
totius innititur, scil. Dei præmittere se in firmius & instabilius re quacunque. Nam omnis res
præsens sua præterita necessario est aut fuit; sed secundum hypothesis Dei præmittere quod
nunc est, & quod semper fuit, potest pro nunc non esse & nunquam fuisse. Imo videtur quod
in hac parte minus solarium rationabilitate habemus de promissis diuinis quam humanis.
Nam si homo quicquam promisit, saltem cum stipulatione solenni, aut iuramento, aliare hu-
iustodiacione, si non factis fecerit, potest redargui & conuici tanquam falso, mendax, &
peritus; Deus autem non sic, quia potest nunquam aliquid promississe. Quis enim catholicus
præsumet afflumere hanc spem, ad quam Apostolos nos inducit, esse in solis huiusmodi pro-
positionibus, seu consequentijs, non in rebus? Nec sic lenti Apostolus, sed quod rite ac si-
miter speratus rem ipsam promissam à Deo, sicut & Ecclesia tota sperat, & sic solarium for-
tissimum habemus. Quare & Apostolus ostendens se non loqui de immutabilitate conse-
quentiæ conditionali, sive huiusmodi propositionis compositor, sed de immutabilitate voluntati-
onis, consilij, promissoris, seu iuramenti diuini. Volens, inquit, Deus ostendere pollicitati-
onis hæreditatis immobilitatem consilij, interposuit iuramentum, ut per duas res immobiles,
scil. pollicitationem & iuramentum, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solari-
um habeamus. Videtur igitur quod Apostolus intelligat, & loquatur diuinum potius quam
coniunctim, ad communem scil. hominum intellectum, qui est iste, quod quocunq; promis-
sum à Deo necesse est impleri, aut Deum mentiri, atq; mutari; verbi gratia, Deus promisit hei-
rise facturum hominibus cras A. bonum, tunc hodie dicent & ita intelligatur, Deus faciet nobis
cras A. bonum, aut mentietur atque mutabitur; Malachias quoq; Dauid, & Balaam, immo spi-
ritus sanctus qui locutus est per illos Prophetas, videtur intelligere, & loqui similiter in autori-
tatis recitatis; hæc eadem etiam possunt reduci contra eandem hypothesis per viam immu-
tabilitatis diuinae scientie translatis nominibus competenter.

D

C A P . XXXII.

Mouet eandem per viam reuelationis in verbo, & ponit sex respon-
siones concedentium reuelationem in verbo, & arguit grauiter contra:



Is igitur per viam actionis Dei intrinsecæ contra hypothesis istam ob-
iectis, refutat per viam actionis eius extrinsecæ contra eandem obijcere
consequenter, per viam scilicet reuelationis diuinae & eius effectus;
Hæc autem secundum doctrinam Patrum est duplex. Nam quedam
est in verbo Dei, in ipsa scil. summa luce, summa veritate increata, in ef-
fentia ipsa Dei; quedam vero in proprio genere creature, in luce scil.
inferiori creatæ. Primo ergo per viam reuelationis in verbo; Ponatur
siquidem Deum reuelare vel reuelasse in verbo Paulo A. fore cras, tuc
Paulus aut yder aut vidit, scit aut sciuit A. fore cras, ergo necesse est cum sic videte aut vidisse,
scire aut sciuisse, quoniam omnem actum humanum, quando est, necesse est pro tunce esse, &
omnem actum humanum præterita necesse est fuisse: alias enim qd. homo nunc vult & facit, potest
nunc non velle nec facere, & quod voluit & fecit, potest nunquam voluisse nec sciisse; quare &
illud quod auct est aut fuit, potest pro nunc non esse nunc, nec nunquam fuisse, contra
omnes Logicos, Philologos, Theologos, & vulgares, quod & hypothesis ista negat. Et si
necesse

C A P . 33.

De Causa Dei.

759

A necesse est Paulum leere aut sciuisse A. fore cras, necesse est A. fore cras: nam necessario sequitur, Paulus scit aut sciuit A. fore cras; ergo verum est aut fuit A. fore cras, ergo A. est aut fuit futurum cras, ergo erit cras, sicut parer per ostensu 18. huius: Tota igitur hæc consecutio est necessaria, & primum antecedens similiter, quare & ultimum consequens, sicut 30. huius parer, ergo necesse est A. cras fore, quare & similitatione de quoconque futuro sive est necesse-
sarium, & semper fuit necesse futurum ipsum fore, & de quoconque non futuro, ipsum non fore,
cuius oppositum hypothesis supponebat. Ad istud autem dupliciter respondetur. Nam quida-
huiusmodi respondent iuxta predictam hypothesis consequenter, dicendo qd. sicut Deus per su-
am essentiam nunc scit, & semper sciuit quocunq; futurum fore, & potest nunc pro nunc il-
lud non scire nec unquam sciuisse, sed nunc & pro nunc scire & semper sciuisse eius oppositū;
sic & homo vel Angelus, qui per eundem essentiam scit & sciuit quocunq; futurum fore, potest

B conformiter nunc & pro nunc illud non scire, nec unquam sciuisse, sed nunc & pro nunc scire
eius oppositum priusq; sciuisse. Sed ista responsio videatur absurdā. Nam si sic esset, possibile
esset Christum, M̄ḡ em, Paulum, & quemcunq; Prophetam, qui videt secreta Dei in verbo, nū-
quam quicquam ibi vidisse, nec fuisse Prophetam, sed pseudoprophetam, & Antichristum, cu
tuerit præteritus pessimus, Mahumeum & quemlibet maledictum, qui nunquam aliquid ibi
vidit, omnia Dei secreta ibi vidisse, fuisseq; eximium Prophetarum. Hæc etiam responsio non
euitat, quoniam si Paulus scit & sciuit in verbo A. fore, & potest non scire nec sciuisse A. fore,
aut potest velle & voluisse, non velle & non voluisse, non velle conformiter, vel non potest. Si
potest, ponatur qd. reuelabatur in verbo Paulo A. adhuc futurum fore, & præcipiebat simi-
liter qd. veller, prædicaret, & faceret conformiter reuelationi ostensæ, sicut Deus præcepit
Ieremias, Prædicabis, inquietus, verba que ego loquar ad te, Ier. 1. & Ezech. Vade & loqueris
verba mea, Ezech. 3. & Iona, Prædicta, inquit, prædicationem quam ego loquor ad te, Ion. 2. si-
cū & verisimiliter creditur qd. Archangel. Gabriel recepit per reuelationem & iussionem in ver-
bo negotiorum incarnationis dominice beatissimæ virginis nuntiationum. Dominus etiam Iesu
Christus de seipso testatur, Ego, inquietus, ex meipso non sum locutus, sed qui misit me Pater,
ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar Ioh. 12. Et infra 14. Sic ut mandata de-
dit mihi pater, sic facio; & si quis homo vel Angelus habuit reuelationem & mandata in verbo,
quis unquam dignius Dom. Iesu Christo vno Dei verbo, vnicissimo Dei verbo? Vnde Aug. su-
per Ioh. part. 1. hom. vlt. scil. 54. primā autoritatē expones, sic ait; Ideo se dicit non iocutum
ex seipso, quia nō est ex seipso: Filius est verbum Patris, & sapientia Patris; In illo sunt omnia
mandata Patris: neq; enī Patris mandatum Filius aliquando nesciebat, vt cum necesse esset
ex tempore habere qd. antea non habebat. Ita enim à Patre, qd. habet, accepit, vt nascendo ac-
cepit, dederitq; illi gignendo. Nam & vita est, & accepit vitam, vñq; nascendo, non prius si-
de vita existendo, quia & Pater habet vitam, & qd. habet est, nec accepit tamen, qui non ex a-
E liquo est; filius autem accepit vitam dante Patre, à quo est, & ipse qd. habet, est: habet n. vitam,
& vita est: ipsum audi loquenter; Sic habet, inquit. Patet vitam in semetipso, sic dedit & filio
habere vitam in semetipso. Nunquid existenti & non habenti dedit? Sed eo dedit, quo genuit,
qui vitam genuit, & quia æterna est ipsa nativitas, nunquam non fuit filius qui est vita, nun-
quam fuit filius sine vita. Et sicut est nativitas æterna, sic est qui natus est, vita æterna: ita &
mandatum, non quod filius non habebat, pater dedit, sed, sicut dixi, In sapientia Patris,
quod si verbum Patris, omnia mandata sunt Patris. Dicitur autem mandatum datum, quia
non est à seipso cui dicitur datum; & hoc est dare filio, sine quo nunquam filius fuit, quod est
gignere filium qui nunquam non fuit. Factis: gitur Paulo reuelatione & mandato præmissis,
ponatur quod voluit, prædicavit, & fecit extrinsecus operando conformiter reuelationi osten-
sa. Et secundum istam responsionem A. adhuc existente futuro, possibile est ipsi fore,
& verbum nunquam sciuisse nec reuelasse, ac Paulum nunquam vidisse in verbo A. fore; qua-
re & sicut dicit responsio, est correspondentem possibile, Paulum nunquam voluisse confor-
miter reuelationi prædicta, est ergo nunc possibile Paulum non prædicasse, non fecisse extrin-
secus quæ iam fecit: non enim potuit talia facere nisi prima voluntate, quare & illa præterita,
est possibile non fuisse. Et ut istud manifestius deducatur in lucem, ponatur iuxta au-
toritates de orando & modo orandi præmissas 23. & 25. primi; quod Paulo detur mandatum sub
poena damnationis æternæ, quod omnem & solum ostensum sibi in verbo saleandum velit
absolute saluari, iuuenq; in orationibus & beneficiis alij solum talen; ostendaturq; sibi in ver-
bo Petrum viatorum else saluandum, quæ velit absolute saluari, ore pro eo, edificet sibi do-
mum, & alia beneficia administreret, moriatur, & migrat ad celum adhuc Petru superstite
viatore; tunc, sicut dicit hypothesis, possibile est Petrum non saluari, quare & sicut dicit

Ieremias.
Ezechiel.
*Iona.**Pater.**Augustinus.*

E re & sicut dicit responsio, est correspondentem possibile, Paulum nunquam voluisse confor-
miter reuelationi prædicta, est ergo nunc possibile Paulum non prædicasse, non fecisse extrin-
secus quæ iam fecit: non enim potuit talia facere nisi prima voluntate, quare & illa præterita,
est possibile non fuisse. Et ut istud manifestius deducatur in lucem, ponatur iuxta au-
toritates de orando & modo orandi præmissas 23. & 25. primi; quod Paulo detur mandatum sub
poena damnationis æternæ, quod omnem & solum ostensum sibi in verbo saleandum velit
absolute saluari, iuuenq; in orationibus & beneficiis alij solum talen; ostendaturq; sibi in ver-
bo Petrum viatorum else saluandum, quæ velit absolute saluari, ore pro eo, edificet sibi do-
mum, & alia beneficia administreret, moriatur, & migrat ad celum adhuc Petru superstite
viatore; tunc, sicut dicit hypothesis, possibile est Petrum non saluari, quare & sicut dicit

ista responso, possibile est consequenter hoc nunquam fuisse ostensum in verbo; Paulum autem hoc vidisse, nonquam hoc voluisse, nonquam praeconesse. Hinciam ei de munere adificasse, nec alia beneficia ministrasse, nec ad celum sed ad infernum migrasse, vel reterens mandato & reuelatione premisis, ponatur Paulus in nullo patitur mandatus, & sic moriens ad inferos descendens, tunc possibile est Petrum adhuc viatorum de saluandis, nec hoc unquam fuisse reuelatum, quare & Paulum non scire semper possumus habendam, nec peccare incedens, & sic & hoc superios ascendens vel fortis, ne ut malius magis videbitur opacum, ponatur Paulum recipi mandatum, quod nullum ostentum habere in verbo damnandum velit saluari, & oret pro aliquo talis fauere, & quod quem in lungo ostendit verbo damnandum velit saluari, & oret pro eo offenditurque libi in verbis. Autem christum esse quam mundum, quem nec velit saluari, nec oret pro eo, & sic decedens salutetur, vel conuria faciens, & sic decedens damnetur, adhuc Antichristi superstitio patet & tunc prius. Gabriel etiam medio tempore postquam venit ad virginem gloriam dantans quod conciperet filium benedictum, antequam conceperit, porro non venisse ad eam, nec illud non potuisse, ut patet per deductionem priorum. Dominus etiam Iesus Christus medio tempore postquam sibi incarnationis pro humano genere redimendo, priusquam redemisset, ponitur nota sacerdos, & postquam predixit discipulis illud, Matth. 23. Ecce, ascenimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendum, & tercio die resurgent; ascenditque Hierosolymam ad illum finem; priusquam patet, potuit ista non dixisse, nec Hierosolymam ascendisse: postquam similiter iam propinquior passione, tristabar vique ad mortem, & sudauit sudorem sanguineum, priusquam patet, possibile fuit non sic fuisse tristatum neque sudasse, que omnia parent per deductionem priorum. Vt autem haec multa virtualiter in uno verbo recolligam, suppono nos esse in medio tempore inter tales effectus praeteritos & reuelata futura; & sic ut dicitur responsio, Possibile est illa reuelata futura non fore, & nonquam fuisse reuelata, visa nec voluta, ergo possibile est, illos effectus praeteritos non fuisse: nam necessario sequitur negatio. Causa non fuit, ergo effectus non fuit, & antecedens est possibile, ergo & consequens, sicut tricesimo huius patet. Vel è contrario affirmatur. Necesse est illos effectus fuisse, ergo & illas volitiones, visiones, & reuelationes: nam necessario sequitur affirmatio. Effectus fuit, ergo causa eius fuit, & antecedens est necessarium, ergo & consequens, sicut idem tricesimum demonstravit. Et si necesse est illas visiones & reuelationes fuisse, ergo & illa reuelata forte sicut superior est ostensum: nec potest quicquam ad aliam partem huius rationabiliter declinare, dicendo Paulum non posse, non velle quod vult, nec posse non voluisse quod voluit, sicut potest non scire quod scit, & non sciuisse quod sciuit facta huius reuelatione in verbo, quotiam per locum à simili & à proportionalitate videtur, quod sicut Paulus scit aliquid in verbo, sive in Dei essentia, sic potest velle seu diligere aliquid in spiritu sancto sive in Dei essentia. Nam sicut filius & Dei essentia scit ad nostrum scire, sic spiritus sanctus in eadem essentia ad nostrum diligere: a simili habet ad nostrum scire, sic spiritus sanctus aliquid futurum, erit & similiiter de Paulo volente in ipso. Hac etiam responso non iuvar, sed magis illa queat responderes, quia si facta reuelatione huiusmodi, & Paulo volente conformiter, necesse sit Paulo, sic velle, aut in praeterito voluisse, necesse est cum sic videre, & in praeterito sic vidisse: nam h.e.c. sua voluntio ab illa sua visione caufatur, quare necesse est sic esse reuelatum in verbo aut scilicet, quare & necesse est sic fore, sicut superior est deductum. Item aliqui sunt effectus causati à sola visione, sive volitione, aut nolitione coniuncta. Sola visio namque certa de aliquo prospero vel aduerso propinquio causat in corde & corpore sic videntis dilectionem aut tristitiam, dilatationem vel contritionem, spem vel timorem, & multas passiones alias corporales, sicut ex 18. secundi potest haberi, vlti in Christo sudorem sanguineum, & in quibusdam mortem, sicut videtur in Nabali Reg. 25. sicut & referunt de quodam magno de Anglia pax de portationem reconciliatio, quod nimis gaudio incurabiliter reiolutus vitam cum gaudio terminavit: quamobrem arguat de talibus sicut prius. Agitur contra omnes admittentes reuelationem in verbo procedit hæc ratio una brevis, Necesse est hunc effectum esse vel fuisse, ergo & illum reuelationem in verbo, quare & illud reuelatum necesse est fore. Sed hic à multis multipliciter respondet: omnes tamen in hoc uno conueniunt, quod consequitio istra non regit. Et si contra omnes communiter arguat, necessario sequitur, Ita effectus fuit, ergo causa eius fuit, antecedens

Antecedens est necessarium, ergo & consequens: concedunt; sed si arguant ulterius, causa eius fuit; ergo reuelatio illa in verbo; dicunt concorditer hoc non sequi, sed esse fallaciam consequentis, quia inter effectus potest non habere sicut causam, sed aliae causas multas; In distinctione tamen harum causarum multipliciter variantur. Nam quidam dicunt, possibile est illam reuelationem in verbo non fuisse reuelationem, quia nec fuisse veram, sed apparentiam, etiam falsam, & illam, possibile est fuisse causam huius effectus. Alij vero dicunt opinionem, estimationem, seu apparentiam creatam in proprio genere posse fuisse causam huius effectus. Terci visionem oppositum illam reuelationem in verbo. Quarti complexam & simplicem visionem multipliciter obiecti in verbo. Quinti libertatem voluntatis creatam. Sexi autem Deum per se solum. Sed contra omnes istas responsiones similis est primo generaliter argumentum, deinde contra singulas singulariter. Omnes enim conuenient in hoc uno, quod effectus ab una causa productus, potest non fuisse productus ab illa, sed ab alia. Ex isto autem videtur lequi per locum à simili, sicutem de omnipotenti Dei, quod quicunque causa aliquem effectum produxit, potest illum nullatenus produxisse, & quicunque effectum à quacunque causa productum potest non illa sed alia produxisse: Paulus ergo, qui adificauit domum, & genuit filium, potest non sic tecum, & Petrus potest illum dominum adificare, & illum filium genuisse, cum ablurditatibus alijs multis nimis.

C A P. XXXIII.

Arguit specialiter contra primam.



Vnde autem socijlet contra primam. Postro si esset, vt dicit, essentia Dei falso ostenderet & errore presentaret, sicut speculum sine macula maiestatis divina fieret turpiter maculatum, summa quoque veritas esset falsa, summa lux tenebrata, iustitia summa fallax, & felicitas summa mendax. Tunc etiam Christus & Beati possunt facilmente decipi tota dies, quare & fieri miseri tota die imo & nonquam fuisse beati: omnis enim fallacia, sicut & omne malum, beatitudini & felicitati repugnat. Felicitas namque secundum Philosophum 1. Eth. 9. est bonum per se sufficiens & perfectum: quare & Boetius 3. de consolatione profeta. Liquet, inquit, esse beatitudinem statum bonorum omnium congregatione perfectum. Et beatus Augustinus super illum Psalmi 2. Beati omnes qui confidunt in eo; Beati, inquit, dixit, ubi est bonorum omnia summa & cumulus. Qui & 13. de Trinit. 5. Continuo miseri sunt, qui vel non habent D quod volunt, vel id habent, quod non recte volunt; beatus si quis non est nisi qui & habet omnia quae vult, & nihil vult male. Et infra 7. Non voler quis male vivere in illa felicitate, aut voler aliquid quod decriit, aut decriit quod voluerit, quicquid amabitur aderit, nec desiderabit quod non aderit; Omne quod ibi erit bonus erit. Sed quis est qui non naturaliter & per se odias & fugias fallaciam, amer & appetat veritatem? Vnde Philosophus 4. Eth. 14. Secundum seipsum mendacium prauum & fugiendum, verum autem bonum & laudabile. Et in secreto secretorum partis primæ 4. Veritas est radix omnium laudabilium, & materia omnium bonorum, quia est contrarium mendacio. Tullius etiam 2. veteris sue Rhetorica dicit Philo. 7. Tullius. Veritatem esse de illis, quae totaliter & cum ex parte sunt propter se petenda; & eis contrarium de simili modo vitandis. Quare beatus Augustinus 11. dicitur, Dei 1. ostendens malos Angelos ante ruinam non sufficiens; Vt inquit, isti non sunt beati, quia quandoque desistunt, sive id scirent; sive nescientes aliud putarent, quia scientes timor, nescientes error E beatos esse, quia non linчат. Et infra 11. post magnam perscrutationem huius materie sic concludit: Quocirca cuius iam non difficulter occurrit, veroque coniuncto esse beatitudinem, quam recto proposito intellectualis natura desiderat; hoc est, vt & bono incommutabili, quod Deus est, sine vila molestia perficiatur; & in eo se in maternum esse manifestum accedit, quod Deus est, sine vila molestia perficiatur; & in eo se in maternum esse manifestum accedit, dubitatione cunctetur, nec illo errore fallatur. Idem Enchirid. 9. ad illam felicitatem tendendum est, ubi nulla queruntur utrumque, nullo errore fallatur; error quanta possumus cura cadum est, ubi nulla queruntur utrumque, nullo errore fallatur; error quanta possumus cura cadum est, non solum in majoribus, sed etiam in minoribus rebus. Et infra 10. Si diligenter considerata veritate, cum aliud nihil servare, quam verum putare quod fallum est, fallumque quod verum est, vel certum habere pro certo, incertumque pro certo, sive fallum sit sive verum, idque tam sit in animo deformis atque indecessus, quam pulchrum ac decorum esse senti mas

mus vel in loquendo, vel in assestante, est, est, non, non; profecto & obipsum est illa misericordia. A

Augustinus.

ra vita qua vivimus, quod ei non nunquam, ut non amittatur, error est necessarius: absit ut talis sit illa vita, vbi est ars nostra, ipsa veritas, vita, vbi nemo fallit, fallitur nemo; hic autem homines falluntur, atque falluntur, miserioresque sunt cum mentiendo falluntur, quia cum mentientibus credunt falluntur, vnde adeo tamē rationalis natura refutat fallitatem, & quantum potest deuictus error est, ut falli nolint etiam quicunque amant fallere. Item error atque deceptio circa futura, & maxime pertinaciter ad deceptum magis videtur beatitudini repugnare, quam simplex ignorantia futurorum. Sed hoc repugnat. Quare & Augustinus 11. super Gen. 2. 25. & 27. ostendit Apostatas Angelos non fuisse beatos ante suam ruinam, quia nec fuit eventus futuri praescios nec certos: quod & cap. 26. de primo homine simile modo probat

Lambardus.

Lambardus etiam secundi sentent. dist. 4. loquens de Angelis, Beau, inquit, nunquam fuerunt, qui ceciderunt, quia sui eventus ignari fuerunt, quam caualem, confirmat per beatum Augustinum super Gen. vbi prius. Et si quis dixerit Augustinum ibi loqui de praescientia futurorum pertinaciter tantum non impertinentium ad Angelum vel hominem praescientem, de illis tantummodo arguat. Ad Christum namque & ad beatam virginem beatificatos in celo pertinuit, quod propinqui sui secundum carnem & gratiam tunc peregrinantes a Domino, quos tantum amabant & desiderabant salvati, & ad hoc instantes orabant, pro quibus & Christus specialiter fudit suum sanguinem benedictum, quorum salus erat eis concessa & reuelata diuinitus vel saluarentur: quis igitur spiritus mendax presumet in istis Christum decipere & virginem iam beatos, vel etiam in pertinentibus quibuscumque? Ad quem etiam Beatoeum non pertinet? Nunquid sit detur patus tenebrosa fatigatis erroribus, aut lucidae veritatis fulgoribus decoratus? quid etiam magis pertinet ad beatum quam sua beatitudo perpetua? & circa illam possibile est eura falli: nam non obstante, qd. Deus ostendit sibi in verbo suā beatitudinē perpetuā duraturā, & ipse hoc viderit, potest non beatificare eum pro futuro, scilicet beatitudinem sobriando, vel ipsum annihilando, vel ad statum via remittendo, in qua pccet finaliter & damnatur. Item omne qd. nocer beatitudini est repugnans, sed ignorantia omnis no-

Anselmus.

cet, dicente Anselm. 2. Cur Deus homo 13. Ignorantia, est aliquando ad aliud non nocet, hoc solo tamen nocet, quia scientia bonum auferit. Item omnis pœna est quedam miseria; omnis autem error vel latenter inuitus, & in rebus pertinentibus ad errantem est pœna, dicente August. 3. de lib. arb. 29. Approbare falsa pro veris ut eret inuitus, non est natura instituti hominis, sed pœna damnati: quare Christus, Maria, & beati, toto tempore quo fuerunt beati, possunt huius decepti, puniti, & miseri, nec beati. Imo & istud videtur facere Deum iniustum, quia punientem

Augustinus.

functum Angelum sine culpa. Quare & August. 11. super Gen. ad liter. 30. cuilibet occurrit: & retum est atq; manifestum iustitia ipsi esse contrarium ut nullo praeced. merito, hoc ipsum in quoquam Deus damnet, qd. in eo ipse creaverit. Et supra 24. Nunquid Deus prius est vultus, quam Diabolus peccator? Absit; & 3. de lib. arb. 29. Omnis pœna, si iusta est, peccati pœna Dicit: & 2. contra Iulian. 20. Deus iustus, si tanta parvulus mala oibil peccata trahentibus irrogaret, magis apparetur iniustus: qui & infra 3. 4. & multis cap. consequenter, quarti ultimi, 5. primo, & post diversis cap ac sexti primo, & deinceps non paucis cap. constantissime docet idem.

Anselmus.

Anselm. 2. Cur Deus homo 2. Quod autem, inquit, talis factus sit, scilicet primus homo, ut non necessitate moreretur, hinc facile probatur, quod ut iam diximus, Sapientia & iustitia Dei repugnat ut cogicer mortem pati sine culpa, quem insitum ad eternam fecit beatitudinem; sequitur ergo, quia si nunquam peccasset, nunquam moreretur; qui & Monolog. 69. dulcissime probat idem: Quod & concorditer sentiunt omnes Doctores Catholicos, itam materialiter pertractantes. Item si ista responsio esset vera, non esset possibile Deum beatificare quenquam perfecte: ad beatitudinem namque perfectam requiritur certitudo, quod ipsa eternitatem sit permanens. Beatitudo namque, ut prius erat ostensus, est bonum in nullo deficiens, sed perfectum, & sicut dicit Boetius, quo quis adeptus, nihil vultus desiderare queat. Et Anselmus de casu Diaboli 6. dicit quod Angelis, qui sicut sunt, adeo sunt prouest, ut sint adepti quicquid velle potuerunt, nec iam videant quid plus velle possint: Vnde & Propheta, Sicut ab eo cum apparuerit gloria tua, certitudinem de bono pro semper esse magnum bonum: quod omnes desiderant & si ne quo nequeunt latenti, etiam si omnibus alijs bonis affluant quantumcumque? Quantio enim plura & maiora bona habuerint, tanto certitudinem de illis semper habendis ardentes affectabunt: alioquin tamen possent rationabiliter & deberent aliquem merum habere, ne forte amitterent illa bona; metus autem non potest perfecte beatitudini sociari. Vnde Augustinus 11. super Gen. 2. 3. & post consequenter ostendit Diabolum & primum hominem

Boetius.

Prophecia.

Apocalypsi.

maiorum

congrue

Augustinus.

certitudinem de bono pro semper esse magnum bonum: quod omnes desiderant & si ne quo nequeunt latenti, etiam si omnibus alijs bonis affluant quantumcumque? Quantio enim plura & maiora bona habuerint, tanto certitudinem de illis semper habendis ardentes affectabunt: alioquin tamen possent rationabiliter & deberent aliquem merum habere, ne forte amitterent illa bona; metus autem non potest perfecte beatitudini sociari. Vnde Augustinus 11. super Gen. 2. 3. & post consequenter ostendit Diabolum & primum hominem

A hemicem non fuisse plenè beatos ante suam ruinam, quia de ipsa certitudinem non habebant, qui illo 23. ita dicit, Neque sancti Angeli eterna sua vita ac beatitudinis incertuntur. Nam quomodo beati, si incerti? Et infra 24. Si Deus non reuelauit Diabolo, cum adhuc esset Angelus bonus, quid ta turus vel passurus esset; non iam plenè beatus fuit, quandoquidem plenè beatu de sua beatitudine certi sunt, ut eam nullus perturbet merus. Et 25. Quoniam modo beati possent esse non video, quibus incerta est ipsa sua beatitudo. Qui & i. de Civit. Dei 1. simile tenet processum; itaque beata, inquit, vita proculdubio non nisi eterna est, eternitatisque sunt certa atque secura: quod & eius autoritates ex eodem 11. & 12. allegata superius accitantur. Idem 13. de Trinit. loquens de beatitudine finali sic ait; Quicquid amabitur aderit, nec desiderabitur quod non aderit, ornare quod ibi erit, bonum erit, & sumnum bonum Deus ipse erit, & se amantibus prestat ibi erit, & quod est omnino beatissimum,

B ita semper fore certum erit. Ad beatitudinem ergo perfectam requiritur huius certitudo: sed Deus illam dare non potest, quia per nullam revelationem, quia non per illam in verbo, quae est omnium lucidissima atque summa. Illa namque, ut dicit responsio, potest esse deceptio atque error; quare per illam nullus potest de ipsa aut eius reuelatio certificari perfecte; nec per aliam, quia illa alia aut est certa aut incerta: si incerta, non certificaret; si certa, aut per scipsum aut per aliam: si per scipsum, eadem ratione suisset standum in prima, & tunc similiter reuerterit difficultas: si per aliam, sic vel erit infinitus processus, vel aliqua erit certa per scipsum, quare simili ratione & prima; & etiam posita una certa, quotacunque sit illa, reuerteretur argumentum; imo quod magis videtur absurdum, Deus nullum potest certificare de beatitudine sua praeterita vel presenti, sicut praecedentia manifestant, quia qualibet talis reuelatio potest esse delusoria atque falsa. Omnis quoque beatus credit & sperat futura, & continet prius fecit, & omnis talis credulitas atque spes potest nunc esse, & semper prius fuisse errorne; atque falsa; nullus ergo talis nunc est, nec unquam fuit certe beatus; quare nec hoc potest certitudinaliter reuelari. Si quis autem respondeat bonos esse certos de sua beatitudine eternitatis duratura, certitudine firmissimæ credulitatis omnem hesitationem actualem & metum de eius opposito excludeat, eadem ratione haber concedere, quod Deus de omnipotencia sua non potest certificare quenquam de futuris perfecte, nec aliter quam est dictum, quod non videtur, quia de praesentibus & praeteritis bene potest, quare & de futuris, cum praefacta & praeterita nihil penitus ibi caudent, ut potest haberi ex trigesimo & tricesimo primo huius, & maximè praeterita, cum ipsa nihil sit, quare nec causant. Si etiam praesentia vel praeterita essent certitudinis huius causa, essent & causa beatitudinis beatorum, quare & beatificarentur beatos; Diabolus ergo & eius peccatum & pœna, ac eterna miseria beatificaret Christum carcerisque beatos, quod est per se fatus absurdum, etiam falsum; quia cum sint sicut virtutis in agendo, haberent remunim maximum & remotissimum actionis ultra quem non possunt, sicut videtur quasi per se notum: quod & ostendit Philosophus 1. de Cœlo 11. & Averroes in comment. Deus autem potest beatificare, & certificare beatos de praesentibus & praeteritis talibus viis omnia terminum assignatur; imo non videat quod & actio huiusmodi infirmorum ad summum cœlum ascendar. Vel si ista praesentia vel praeterita in beatorum certitudine quicquam essent. Deus potest supplerre causationem illorum, & causare eorum per seipsum; nam alias non est omnipotens: Quare & Stephanus Parisensis Episcopus damnavit articulorum assertorem, quod Deus non potest in effectum causis secundariæ sine ipsa. Quapropter & Petrus 3. sentent. distinctione vicepsima sexta, dicit quod Christus in quo fuerunt bona patris credidit, & sperauit resurrectionem tertiam die futuram, sed non perfectius eam cognovit praeteritam, quam intellexit futuram. Item tunc certitudine poterunt boni Angeli fuisse certi de beatitudine sua futura ante confirmationem illorum, & Sancti tunc in via, imo videat quod aliqui viatores haberent aliquam calam certitudinem de diuersis. Vnde ad Romanos capite octavo, Certus sum, inquit Apóstolus, quod nequemors, neque vita, neque Angeli, nec principatus, nec virtutes, nec instantia, nec futura, nec fortitudo, nec altitudo, nec profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei. Et Act. 16. Visio per noctem Paulo ostensa est: vir aitem Macedo quidam erat stans, & deprecans eum, & dicens, Transtiens in Macedoniam adiutor nos: ut auctem visum vidi, statim quæsumus proficisci in Macedoniam, certi facti, quod vocasset nos Deus Euangelizare eis: quare & Sapient. 7. dicitur, quod spiritus Sapientie est enicis, multiplex, subtilis, modestus, discretus, mobilis, incoquatus, certus. Quis etiam Catholicus non est sic certus de articulis fidei de futuro, scilicet quod erit finale iudicium, & generalis resurrectio mortuorum, & quod Deus uniuersus secundum opera sua reddet: Sancti ergo in via simile certitudinem modò habent, qualem habent & habebunt perfecte

C

D

E

F

G

H

I

J

K

L

M

N

O

perfectè beati. Item hæc certitudo est certitudo spei tantum ; hæc enim in viatoribus reputatur, ut proximo est ostensum. Quare & Lumbardus 3. sentent. dist. 26. Spes, inquit, est certa expectatio futuræ beatitudinis; ergo in Christo & in aliis beatis est spes & certitudo tantummodo sperativa; quod falso est, quia illa est imperfecta, beatitudo vero perfecta, sicut superioris est ostensum. Vnde Apostolus 1. ad Cor. 13. Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est: videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem; nunc cognoscimus ex parte, tunc autem cognoscamus sicut & cognitus sumus; nunc autem manent fides, spes, caritas. Quare & Petrus 3. sentent. dist. 26. proposita questione, Vtrum fides & spes in Christo fuerint, sic responderet: Quibusdam non inducit evidenter, fidem, virtutem; & ipsam in eo non inducit, sicut & in sanctis iam beatificatis, vel in Angelis non sunt, & cum sancti credunt & sperant resurrectionem futuram, & Angelii eandem credunt; nec tamen in eis fides veritatis virtus est, quia & Deo per speciem contemplando fruuntur, & in Dei verbo resurrectionem futuram sicut tunc dicunt, non per speculum in ænigmate, sed præclarissime inspicunt. Si enim quia credunt resurrectionem futuram, id est verum est eos fidem habere, ergo ea consummata post iudicium similiter & fidem habere dicunt, quia credunt eam præteritam; sed sicut tunc credunt, nec tamen fidem, quia fideles facit, habebunt, quia non credunt ab alijs scientia, que non erit ænigmatica, sed per speciem, ita & modo credunt & sperant resurrectionem; nec tamen fidem habent, quia credendo cognoscunt. Venit enim eis quod perfectum est, & euacuatum est quod ex parte est. Venit enim cognitio, & euacuata est fides; vicit species, & desit spes. Ita & Christus, in quo fuerunt bona patriæ creditis quidem & sperauit resurrectionem tertia die futuram, pro qua & orauit patrem; nec tamen fidem, virtutem, vel spem habuit, quia non ænigmatice vel specularem, sed clarissimam habuit de ea cognitionem, quia non perfectius eam cognovit præteritam, quam intellectum futuram. Sperauit tamen Christus, sicut in Psalmo ait, In te, Domine, speravi; non tamen fidem vel spem virtutem habuit, quia per speciem videbat ea, quæ credebat. Hugo quoque 2. de sacram. part. 13. seguit idem; quod & concorditer sentiunt omnes Catholici Tractatores. Item si Deus nullum potest certificare perfectè, nullum potest beatificare perfectè, quia certitudo est beatissima pars totius beatitudinis, sicut ab Augustino erat superioris allegatum. Cuius etiam animus habentis certitudinem tantum prædictam, non appetetur firmorem? Quare non plenè quietaretur, satiaretur, nec beatificaretur per illam, nec per totam beatitudinem quam habet; quare non esset beatius perfectè, qualis tamen beatitudo in patriæ à fidelibus omnibus expectatur. Si enim aliqua beatitudo sine felicitate est perfecta, ut docebatur superioris, quia si non illa? Quare dicit Apostolus 1. ad Corinth. 13. cum venierit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Hæc ergo responsio lumen beatorum eclipsat, visum eorum præstigia, certitudine spoliat, totius scilicet beatitudinis beatissima portione, ad miseriam miserabiliter detrahit, & quod videtur mirabilis atque miserabilius omnium, Christum, Mariam, Sanctosque cateros, qui ab olim beati fuerunt, facit nunquam fuisse beatos, sed miseros semper ante, locumque beatitudinis summum cœlum in infernum miseris locum transfert. Præterea, quod omnium videtur hærelicissimum, ista responsio habet consequenter afflere ipsum Deum posse decipi & errare. Si enim horum vel Angelus in Dei essentia potest decipi & errare, potest & Deus, cum nihil intellegat, nisi quod & sicut in ipsa ostenditur & reluet. Hæc etiam responsio incertat Deum similiter de futuris. Nam si per cognitionem suam de futuris possit decipi circa illa, per illam non potest esse certus de illis, nec Pater de omnipotencia sua posset certificare Filium de illo futuro: ipse enim non est certus, quomodo ergo alterum certificare valebit? Ita & si esset certus, sicut nullus dubitat quia sit certus, adhuc filium certificare non potest: non enim potest ipsum certificare, nisi per revelationem in verbo in essentia clara Dei; sed illa non certificat, quia cum ipsa sit error; quare nec filius nec spiritus sanctus possunt certe cognoscere quodcumque futurum. Ipsi enim nihil, nec illo modo possunt cognoscere, nisi E quod, & vix Parce recipiunt cognoscendum. Nam sicut totum esse suum habent à Patre, sic & totum suum cognoscere, & cetera vniuersa, sicut trigesimo secundi plenius est ostensum.

A. Aperiodic

CAPITOLIO XXXV.

Arguit contra secundam



B Ec secunda responsio potest stare, quia dicit tantam talis effectus preteriti posse fuisse non reuelationem in verbo, sed apparetiam, et estimationem, seu opinionem cretam in proprio genere, quia illa est vel fuisse falsa si reuelatum non erit; quare possibile est Christum Maria et sanctosque beatos esse deceptos & miseros, nec de beatitudine sua certos, cum absurditatibus alius contra responsionem priorem induxit. Item Paulus in proprio genere & in actu credebat A. recte uelutum fore, & illud non sive futurum ponatur, quia est possibile, non & hinc compossibile; quare verbum non ostendit ei A. fore, sed A. non fore, igitur simul particulariter & actualiter credebat contradictionis sub propria sua forma, unum in proprio genere, alterumque in verbo, quod est impossibile manifestum, & contra Philosophum. Priorum. Item illa credulitas in proprio genere fuit unius effectus, ergo habuit causam, & non nisi illam reuelationem & visionem in verbo; illa enim sublata, nulla causa sic credendi fuisse in Paulo potius quam in Petro, & necesse est illam effectum fuisse, quia effectum illius, scilicet opus extrinsecum prius factum necesse est fuisse; ergo necesse est causam illius fuisse, scilicet illam visionem in verbo; vel è contra, si possibile est illam causam non fuisse, ergo effectum, sicut tricesimum tertium heus plenius arguebat. Nec potest quis dicere quod Paulus opinabatur A. fore tantum gratis & liberè sine causa; quia

Cpotest quis dicere quod Paulus opinabatur A. fore tantum gratis & hoc in causa ; quia tunc nulla est ratio, quare Paulus opinatur potius sic quam Petrus, nec quare Paulus potius opinaretur A. fore quam A. non fore, cum nulla evidenter, nulla causa penitus sit potior pro hoc quam contra, immo forsitan apparetius & opinabilius ac favorabilis est in causa A. non fore, quam fore. Nec potest Paulus gratis & liberè quidlibet opinari, sicut nullus ignorat, quia nullus potest aliquid opinari, nisi appareat sibi verum, & hoc non est in cuiuslibet libera potestate. Quare & Philosophus 2. de Anima 151. ostendit quod phantalia non est opinio, quia phantalia est in nobis cum volumus, id est, voluntaria secundum Auerroem, opinio autem non, quia necesse est quod opinaturum est, esse verum vel falsum, apparere verum vel falsum. Opinari, inquit Philosophus, non in nobis est : necesse enim verum aut falsum dicere. Vbi texus, quem Averroes exponit, sic habet : *A&stimare autem non est in nobis; necesse enim est aut falsari aut verari.* Ponatur etiam quod Paulus sit homo gratis & siabilis, nec quicquam velit aut credat ex sola voluntaria leuitate, sed ex causa rationabiliter precedente;

Dne quicquam veit aut credat ex tua reuelatione. Veleriam supponatur, quod hoc a Deo receperit in mandato, velutque ac credat in proprio genere, & operetur extinsecus tantum conformiter reuelationi & mandato divinis; & reueretur difficultas. Ponatur etiam quod tantum sic faciens olim sit mortuus, & in celo, & secundum istam responsonem, nunc est possibile plenum fecisse disti- mitter, immo contrarie reuelationi & mandato praeditis, & semper post mortem tensi in in- ferno, sicut tricesimum tertium huius plenius arguebat. Hoc etiam argumentum vadi tra- mediate contra istam responsonem, recente casu tricesimo tertio huius praemisso. Sequitur enim quod Paulus, postquam huius reuelationem & mandatum accepit, & paruit bene me- rendo, & in charitate vivens ac moriens beatissime coronatur, post hoc omisso, contrarium uel fecisse, & semper post fuisse sine charitate in peccato mortaliter & damnatus, sicut prae- missa deductio tricesimi tertij huius probat. Et si quis dicat non sequi nunc est possibile Paulum fuisse sine charitate & non salvatum, quia Deus de sua potentia absoluta potest ser-

Ex parte charitatem in peccante mortaliter, ipsumque talis salvare; saltem necessario requiri nunc esse possibile, quod Paulus, qui per A. actuam meruit vitam eternam, per eundem peccatum mortaliiter, & meruit mortem eternam, faciendo scilicet illum actum contra revelato nem & mandatum Dei in verbo, & quod Paulus, qui tunc tempore post A. fuit bonus, Deo que chatus, tunc illo tempore fuit malus mortaliter odiosusque Deo; & quod Paulus, qui tunc tempore post mortem suam fuit beatus, tunc illo tempore fuit miser: nam nulla maior miseria quam peccatum: unde Parab. 14. Miseros facit populos peccatum. Sequitur etiam per rationimationem premissam, quod erit in potestate Antichristi, & cuiuslibet viatoris, legi Dei pervertere, & eudem Ecclesie commutare. Factis namque Paulo revelatione & iussioni

Daniel.

in verbo circa Antichristum, seu quemlibet aliū viatorem, sicut 33. huius tangit, ipsos; bono A & bene in charitate parente, & sic mortuo ac beatificato in celis, possibile est Antichristum vel alium viatorem sic facere, quod Paulus habens charitatem non fuit bonus nec charus per illam, nec meruit, sed peccauit, & quod beatus in celo fuit miseria celo, cum abusionibus alijs istis similibus, vertentibus, immo peruerterentibus legem Dei & fidem Ecclesie generalē, sicut nulli Catholico scient legem & fidem non constat: quod tamen nullus presumet concedere, nisi discipulus Antichristi, qui sermones contra excelsum loquuntur, & sanctos altissimi concerter, & putabat quod possit numerare tempora & leges contra Deum, Dan. 7. Hoc autem principali falsographia non diffigit argumentum. Et emin possebat quod Deus reueleret Paulo in verbo A. forte, absque hoc quod Paulus habeat talen volitionem, antecedentiam creatam in proprio genere, sicut nullus ignorat; quod si ponatur, reponitur argumentum. Omnia namque duo omnino distincta realiter, ita quod neutrum habeat alterius villam partem, nec sit aliqua causa eius, possunt ab inuicem separari. Omnis enim res sufficienter est habitus omnibus & solis causis & essentiis rebus suis: si enim non esset, hoc esset propter defectum alicuius ad suum esse necessarium requisiti: Deus autem non potest a rebus existentibus separari, eo quod sit forma necessaria, & esse quodammodo omnium, & corum in esse necessarius conservatur, sicut secundum primi ostendit; omnes autem res creare omnino, id est, secundum omnes partes distincte realiter, etiam si vna sit causa alterius, possunt ab inuicem separari, propter rationem plenissimam, & quia Deus de plenitudine potestis potest suppone causitatem causis secundis. Hoc autem argumento fidelissimo comprobatur: in sacramento namque altaris existunt accidentia sine subiecto; multo magis ergo potest accidens quodlibet accidens existere sine quolibet alio exsidente, & quilibet substantia sine quolibet accidente, quilibet quoque substantia sine substantia alia creata quacunque omnino distingue. Hoc idem Philosophi, licet obscurè, testari videntur. Aristoteles namque 7. Met. 55. reprobas volentes definire singulatim, puta Solem, Peccatum, inquit, additione talium, quibus ablatis, adhuc erit Sol, puta certum giroc aut nocte adiconditum: si enim iterat aut apparet, non adhuc erit Sol? Sed absurdum, si non: Sol enim substantiam quandam significat. Plato quoque similiter in Timo ponit duas virtutes ignis, scilicet calorem & lucem, & quod diuinæ potestates coniunctæ sunt doméstico & familiari corpori oculorum, ignem perlucidum, serenum ac defactum sine calore peremptorio & edaci; ignis ergo secundum eum potest esse sine calore, & eadem ratione omnis substantia sine proprio accidente, & sine accidente non proprio multo magis, quilibet quoque substantia sine quilibet alia modo dicitur. Quibus & concorditer Augustinus 11. de Civit. Dei 10. Propter hoc, inquit, natura diuina dicitur simplex, cui non sit aliquid habere, quod vel possit amittere, vel aliud sit habens illud quod habet, sicut vas aliquod liquorem, aut corpus colorem, aut aer lucem sive feruorem, aut anima sapientiam: nihil enim horum est id quod habet: natus nec vas liquor est, nec corpus color, nec aer lux, sive feruor, nec anima sapientia est. Hinc est quod priuari etiam possunt rebus quas habent, & in alios habitus vel qualitates verti atque mutari, vt & vas caueatur humore quo plenum est, & corpus decoloretur, & aer tenebretur sive frigescat, & anima desipiat. Et 15. de Trinit. 13. Longè, inquit, huic scientia scientia nostra dissimilis; quod autem scientia Dei est, ipsa est sapientia, & qua sapientia ipsa essentia sive substantia, quia in illius natura simplicitate mirabiliter non est aliud sapere, aliud esse, sed quod est sapere hoc est esse; nostra vero scientia in rebus plurimis præterea & admissibilis est & receptibilis; quia non hoc est nobis esse quod scire vel sapere, quoniam esse possumus, etiam si nec sciamus nec sapiamus. Qui & supra Iohann. pars secunda homilia 45. seu 99. totius, Mutabilis, inquit, est mens nostra, que percipit discendo quod nesciebat, & amittit dedicendo quod sciabit, & ideo non est ista substantia verisimile simplex, cui non hoc est esse, quod nosse: potest enim esse nec nosse; at illa divina non potest, quia id quod habet est, ac per hoc non sic habet scientiam, vel iudic illi sit scientia, qua scit, aliud essentia qua est, sed utrumque vnum. E Vnde & 368. propositione sententiarum Prosperi est translatu. Beatus quoque Gregorius 18. Moral. super illud Job 28. Sapientia vero vbi iuuenitur, &c. sentitidem. Item verbum cato factum est ante naturaliter omnem reuelationem in proprio genere sibi factam pro nobis capitius & miseris redimendis propter solam reuelationem eternam à Parre eternitatem sibi ostensam in essentia Dei sola. Secundum capitulo proximo p̄ ostensu; ergo medio tempore, in quo sumus inter incarnationem & redemptionem, possibile est cum non fuisset incarnatum, quia non habuisset illam reuelationem, quia nec humanum genus fuisset ostensum redendum per eum, quia nunc est possibile quod non redimatur per eum, vt dicit hypothesis principalis. Et si quis dicat, non sequi verbum nunc posse non fuisse incarnatum, sed non fuisse incarnatum

ii aliquem

Prosper.
Gregorius.

A. incarnarum ex illa causa, scilicet pro homine redimendo, sed ex alia; ergo & post redemtionem hominis consummatam per eum, & post finale iudicium similiiter poterit; vel si tunc non poterit, neque ante: voluntas enim divina semper est æqualiter libera aut necessaria respectu illius, sicut ex trigesimo huius patet. Tunc etiam simili ratione posset Deus nunc nunquam voluisse Sacraenta Ecclesie tuisse instituta ad illum finem, ad quem fuerunt instituta, nec habuisse illum effectum quem semper habuerunt; quare & nunc est possibile illa Sacra mentia semper fuisse delusoria, falsa, vacua, & figura, & homines iustificatos & salvatores per infia semper fuisse peccatores atque damnatos. Item eadem ratione nunc est possibile, quod Deus contulit alijs operationibus, rebus, aut signis quibus visi sunt mali, omnem sacramentalem virtutem; quare & est consequenter possibile, quod mali semper vsque nunc & in inferno damnati semper vsque nunc sint nunc boni & in celestibus premiati. Sequitur etiam, sicut pater per deductionem premissam, quod sit in potestate Antichristi & cuiuslibet B viatoris facere verbum tuisse incarnatum & passum ex alia causa finali quam fuit, pro illo licet redimendo quem non intendebat redimere, & non pro illo redimendo quem redimere intendit, hoc quod non videatur sanx fidei convenire. Sequitur quoque tuisse & esse in hominum potestate exercitare totum effectum atque virtutem dominice passionis, sicut ostendo huius plenius est argutum.

C A P. XXXVI.

Arguit contra tertiam.

C.  Etia vero responsio ponens causum effectus praeteriti visionis in verbo præterite posse non tuisse visionem A. futuri ostensi, sed eius oppositum, multipliciter deficit & aberrat. Primo, quia cum Deus voluntariè tantum reueleret, licet posset esse quod non reuelauit, A. quod prius reuelauit, & si illud ponatur in esse, non oportet quod reuelauit eius oppositum; immo bene stat cum hoc quod nihil penitus reuelauit; ponatur ergo hoc cum alio, & respondit non responderet. Secundo, quia habet dicere consequenter, quod sicut viso aliquo in verbo, possibile est illud

had nunquam fuisse visum, sed eius oppositum, ita voluto aliquo in verbo, possibile est illud nunquam fuisse volutum, sed eius oppositum; quare & per talen volitionem factio aliquo intra videnter & volenter vel extra, possibile est id nunquam fuisse factum, sed eius oppositum, sicut 33. huius probat.

D. Si autem proterius non esse simile de visione & volitione, quia prius visum potest nunquam fuisse visum, & eius oppositum, quod nunquam fuit visum: potest fuisse visum; de voluto autem non sic, quia quod semel fuit volutum, necesse est semper fuisse volutum, & non volutum par modo non volutum per 33. huius tertii conuincetur. Dato etiam hoc quod dicit, fiat reuelatio talis Paulus cum mandato volendi & agendi conformiter, qui & in omnibus pareat, tunc necesse est Paulum nunc sic velle, vel in præterito voluisse; ergo necesse est cum nunc sic videre, vel in præterito sic vidisse: hac enim sua volutio ab hac sua visione nunc causatur, vel in præterito causabatur. Præterea vel Paulus per eundem actum, quo vidit distincte A. fore, potest vidisse distincte oppositum, vel per aliud: si per eundem, ergo similiter ratione per eundem actum, per quem voluit distincte A. fore seu quodlibet aliud, potest voluisse distincte oppositum, quare & non fecisse quia fecit: si per aliud, ergo vnum aliud actum, qui nunquam fuit, possibile est fuisse, & qui fuit, non fuisse, contra hypothesim principalem. Item visio oppositi causat effectum oppositum, & non illum. Si enim

E. Gabrieleydisset in verbo Filium Dei nos fuisse iacarandum de Virgine, nunquam illa visio causasse; in eo voluntarem addunci Virginem benediciam, & nuntiasse quia fecit, sed ut posset nullam, vel oppositam voluntarem. Christus etiam si non vidisset in verbo passione suam futuram, sed eius oppositum, non habuisset causam tantæ tristitiae sanguinique fadoris. Paulus similiter si vidisset in verbo se saluandum, magnam tristitatem creatam in proprio genere habuisset; si vero vidisset oppositum, magnam tristitiam habuisset. Item haec responsio difficultatem non vitat. Detur enim reuelatio talis Paulus cum mandato volendi concorditer & agendi, qui plenè obediat, & mortuus sic salutetur; & secundum istam responsionem nunc est possibile, quod nunquam vidit illam visionem seu iusionem in verbo, sed oppositum

tum virtusque; & nunc necesse est ipsum sic fuisse operatum exterius; quare nunc est possibile ipsum fecisse contra reuelationem & visionem in verbo, peccasse mortaliter, fuisseque miserum & damnatum. De Gabriele similius medio tempore inter annuntiationem & incarnationem fuit possibile quod mentiebatur: nam quando dixit Virgini gratiosa, Ecce concipes, posse fuit quod pro tunc non vidisset illud in verbo, sed oppositum eius planè; quare fuit similius possibile, quod ille beatissimus Archangelus Dominus fuit misericordius Angelus Satanae, qui mentiens contra tantam & tam lucidam veritatem, mortaliterque peccazit. Afirmaret hoc qui audet: ego autem propter reverentiam veritatis hæc omnia ostendens, propter reverentiam mentis & illius ad quam fuit missus, ac propter reverentiam missi & ipsius propter quem fuit missus, non audeo talia affirmare. Ex hoc autem sequitur, quod beatissimiliter confirmati possunt peccare; quare nec sunt finaliter confirmati, contra decimum quintum secundi. Et ex isto inferatur vltorius, quod beatus non sicut, nec esse possunt de beatitudine sua certi. Quomodo namque creatura peccabilis in statu peccabili, quia non confirmata finis litter, de nonquam peccando, & de beatitudine perpetua erit certa? Nec alium statutum firmorem aut certiorum potest Deus beatis conferre. Si etiam Deus posset certificare beatum de beatitudine sua futura, hoc maximè esset per aliquam reuelationem in verbo; sed nulla talis certificat, quia quæcumque talis, etiæ nunc sit unus oppositorum, potest nunc & pro nunc non esse illius, sed eius oppositi; inquit quod magis videatur erroneum, nec Deus potest certificare beatum de beatitudine sua preterita nec præsenti. In hoc enim instanti præsenti ponatur, in quo beatus Gabriel nuntiat Virginis gratiosæ quod est filium conceperat, possibile est cum nunc mentiendo peccare, in præteritoque peccasse à tempore quo voluit hoc scienter: possibile enim est, quod nunc videat, & continuè prius vidit oppositum huius in verbo; nulus ergo ille beatus est certus, nec esse potest de beatitudine sua futura, præterita, vel præsenti, contra prius ostensa tricesimo quarto huius.

C

CAP. XXXVII.

Arguit contra quartam.

Vasta autem responsio dicens incomplexam & simplicem visionem simplicis obiecti in verbo posse fuisse causam talis effectus præteriti, simpliciter multum dicit. Sola namque cognitione incomplexa obiecti non mouet sufficienter quæcumque ad agendum, pura ad loquendum, D currendum, ædificandum, & similia faciendum, sed ultra illam requiritur de necessitate voluntas, sicut octauum primi docebat. Item quidam effectus non voluntarij, pura, delectatio, tristitia, confidencia, timor, dilatio, constritio, & ceteræ passiones huiusmodi corporales non causantur, vel non in tanto gradu, & tam vehementer causantur à sola incomplexa cognitione obiecti, sive estimatione aut opinione quod illud euenerit cognoscendi, & hoc de proprioquo. Omnes enim scimus, quod moriemur, sed non multum dolemus aut timemus, Philosophus 2. de Anima 152: probatphantasmam, seu imaginationem non esse opinionem, per hoc; quia cum opinamur terrible aliquid nobis accidere, statim compatimur; cum autem imaginamur tantum, nequaquam, sicut si consideremus terribilitatem in pictura. De talibus ergo effectibus ista responsio non respondet. Item ponatur obiectum visum in verbo, unus effectus contingenter futurus, pura salutio vel damnatio sic evidenter, vel alterius cari sui, tunc illud obiectum potest esse & nonquam fuisse visum, quia nec ostensum in verbo; ergo quilibet eius effectus præsens, vel præteritus potest pro nunc non esse præsens nec fuisse præteritus contingenter. Velerum ponatur illud obiectum visum in verbo, una reuelatio in verbo de aliquo contingenter futuro; reuelatio siquidem Danieli in verbo, Ieremiam videre vel vidisse in verbo A. castina die fore, &c. sicut prius.

CAP.

A

CAP. XXXVIII.

Arguit contra quintam.

Esponso vero quinta, quæ ponit libertatem voluntatis creata posse, fuisse, vel esse causam effectus huiusmodi præteriti vel præsentis, videatur multum liberè dicere sine actione aliqua rationis; nec enim difficultatem evacuat, nec est vera. Non evacuat difficultatem præmissam: ponatur namque quod præcipiat videnti in verbo velle & operari tantum conformiter visioni &c. sicut tricesimum tertium, & tricesimum quartum huius plenius arguebant, & revertitur difficultas. Nec est responsio ista vera; quoniam aliqui sunt effectus causati à sola visione aliquorum obiectorum in verbo sine quacunque operatione libera voluntatis, sicut tricesimo tertio huius patet.

C

CAP. XXXIX.

Arguit contra sextam.

Exta quoque responsio affirmit Deum per se solum posse esse aut fuisse causam totalem effectus superius memorati, præteritis aut præsenti, non est vera; quia secundum ipsum effet possibile hominem, qui ex visione & mandato in verbo oravit, cucurrit, prædicavit, domos construxit, & filios procreavit, nihil horum fecisse, sed Deum seculi singula per se solum. Quare & erit consequenter possibile de virginarios reuirginari per suam actionem vel quæsiionem liberè & contingenter futuro; etique secundum istud tanta contingencia respectu præsentium & præteriorum, sicut respectu futurorum. Facta namque homini viatori reuelatione in verbo de aliquo effectu, qui sit A. per eum libere & contingenter futuro, ipsoque ex illa reuelatione faciente alium effectum ante A. puta B. medio tempore post B. & ante A. vel dum B. sit, sicut contingit ipsum facere vel non facere A. futurum; sic & contingit ipsum fecisse vel non fecisse, B. præteritum, vel facere & non facere, B. nunc præsens, sicut ex tricesimo tertio huius patet. Item secundum istud possibile est hominem qui ex tali reuelatione meruit, vel contra eam peccavit, & fuit iustus vel iniustus, salutis vel damnatus, premiatus vel punitus, beatus vel miser, in celo satsum vel in inferno deorsum, nonquam sic fecisse, nec talia recepisse. Item eadem ratione, qua est possibile Deum solum fecisse quod fecit cum causa rationali secunda, erit & similiter possibile ipsum solum fecisse quicquid fecit cum causa irrationali secunda; ergo quicquid Deus fecit cum quacunque causa secunda, possibile est ipsum solum fecisse, & nullam causam secundam inquit fecisse aliquid vel mouisse. Item sive, quæ Deus nou fecit solus, potest fecisse solus, simili ratione ea, quæ non fecit cum alio nec solus, potest fecisse, quoniam alterius iumento non egit, quare & quæ fecit potest similiter non fecisse; quæ omnia repugnant planissime hypothesi principali.

Ttt

CAP.

CAP. XL.

Corripit negantes revelationem in verbo.

II huius.

III in crea-
tura.

Responsio.

Contra.

Propheta.

IV ibi sicut
similiter
vera.
Responsio.

Is igitur contra concedentes revelationem in verbo haec tenus disputatis; superest contra ipsos, qui in verbis iniuriam & nostri misericordiam eam negant; tandem verbis aliquibus, prout ipsum verbum dederit, affirmate. Sunt enim quidam huius hypothesis defensores, qui rationes praemissas de revelatione in verbo soluere non valentes, & hypothesis relinquere non volentes, ad aliam partem, sicutam scilicet bivii huius tendunt, dicendo nullum complexum de futuro contingentem posse reuelari in verbo. Quomodo namque non redundat in verbi iniuriam ipsum omnipotentia spoliare, ipsumque non posse amatoribus suis charissimis seipsum ostendere per seipsum? Quomodo etiam non redundat in nostri misericordiam finali beatitudine nos priuare? Hec enim constituit in illo huiusmodi visione, sicut nedium Theologi, verum & Philosophi locis quampluribus contestantur. Sed hi fortiter respondebunt felicitatem & beatitudinem nostram finaliem confidere in visione Dei incompleta, non autem complexa, id est, Beatus videbit incompleta in Dei essentia, & in verbo ipsam Dei essentiam, & quatinus personarum, & incompleta quæ in ea reluent; complexionem tamen seu compositionem a proportionem imaginariam, sive affirmationem vel negationem de futuris contingentibus, scilicet Deum affirmare intrinsecus, sicut Pater affirms Filio, quicquani fore vel non fore, in verbo seu essentia reuelari non posse; in proprio autem genere, bene posse: quare & dicunt omnia talia reuelari per propositiones, habitus, actusq; creatos in proprio scilicet genere, nec posse aliter reuelari. Sed si futurum contingens non possit reuelari creature in Dei essentia seu in verbo, vel hoc est propter impotentiam in Deo, vel propter impotentiam in futuro, vel propter impotentiam in creature. Non propter impotentiam in Deo, cum sit omnipotens, cum etiam Pater genueret talia Filio in essentia sua clara, sicut patet 34. huius. Potest quoq; Deus sic reuelare incompleta, quare & complexa simili ratione: non enim est mensurata potentia aut testicula: Nec propter impotentiam in illo futuro; illud enim potest in Dei esse reuelari in ipsa namq; Filio reuelatur. Illud quoq; verum de futuro verissime, certissime, ac clarissime scribitur in libro diuinæ præscientie; cur ergo non potest ibi similiter reuelari? Cum etiam illud verum sit ibi certius & verius, quam in aliqua propositione creatura, potest & ibi certius & verius reuelari. Neq; propter impotentiam creature, quia si sit ita, auger Deus omnipotens, quantum oportet, potentiam creature: potest quoq; creature videre in verbo rem incomparabiliter altiorum, subtiliorum & difficiliorum quodammodo infinitè, trinitatem videlicet personatum in essentia unitate. Quod enim nunc credimus, tuus videbimus clara luce, sicut Patres Catholicci concorditer attestantur, potestq; creature videre in verbo qualibet incompleta; quare ergo non simili ratione complexa? Si autem dicatur creature non posse videre futura in verbo propter nimiam eius improportionem, distantiam, & elongationem à verbo, potest ei contradicere prius. Deus namq; omnipotens potest eleuare creaturem in naturalibus vel supernaturalibus quantum oportet: quare & multi Doctores non indubitate ponunt quoddam lumen supernaturale creaturam, quod vocant lumen gloriae eleuans intellectum creatum ad beatificam visionem beatifici luminis increati; quod & Propheta videtur patenter docere, cum dicit, Apud te est fons vita, in lumine tuo videbimus lumen, Psalmo 35. Hac etiam improportione & distantia non obstante, potest creature videre in verbo qualibet incompleta; cur ergo non ista complexa? Item creature potest videre in verbo rem contingenter futuram esse quando est, & fuisse cum præterierit; cur ergo non fore quando est futura, præsertim cum verum huiusmodi semper omni eodem modo intrinsecè sit verum, & scriptum ac lucens in verbo, sive res sit futura, sive præsens in præteritum transmissa? Aliás enim Deus intrinsecè mutaretur, contra quintum & vicesimum tertium primi libri, quod citiam ex 30. 31. & 32. huius ostenditur evidenter. Item complexa necessaria de futuro, & quæcumque alia complexa necessaria possunt reuelari in verbo; cur ergo nullum futurum contingens, cum omnia vera in ibi similiter conferbanter? Dicitur forsitan quod omnia vera necessaria, & omnia vera de præsenti & de præterito habent causam determinatam, & certam, & simili modo sunt vera; quare & possunt determinare & certè reuelari in verbo;

CAP. 40.

De Causa Dei.

A verbo; futura autem contingenta non sicut habent, nec sic sunt vera, quare nec sic possunt reuelari in verbo. Hoc autem non est verum: voluntas enim divina immutabilis est causa determinata & certa omnium conungentium futurorum, per quam & ita determinata & certa sicut quando sunt presencia in præteritum defluxit, sicut per 14. 8. ac 23. primi, & per 30. ac 32. huius apparat. Potestque Deus ostendere creaturam in verbo se velle tale futurum fore, quare & facere eum praescire in verbo illud fore, imo & lete verissime & demonstrative quodammodo, quia per causam verissimam & infrustrabilem, diuinam scilicet voluntatem. Item divina essentia est similius, propinquior, & proportionalior menti nostræ quam qualitates, propositiones, habitus & creati: ambæ namque sunt substantiae, & substantiae immateriales plurimumque cognoscunt. Quare & Philo sophus 10. Eth. 13. Si, inquit, quædam cura humahorum à diis sit, quem admodum videatur, erit utique bene rationabile & gaudete iplos optimo & cognitisimo; hoc

Philosophus.

B autem est intellectus: homo quoque, Genesi aucteante, ad imaginem & similitudinem Dei est factus, & hoc potissimum in anima rationali, sicut quamplures Patres Catholicci contestantur, quare & est his naturalissimum & desideratissimum mentis nostræ. Si ergo hæc sintuia, in ipsa quoque divina essentia clarus, verius, & certius conferbuntur & lucent omnia vera complexa, sicut & incompleta, quam in aliqua propositione creata, quam in aliquo habitu, quam in aliqua creatura; cum ergo mens nostra nequaquam clarus, verius, & certius ibi videbitur, poteritque videre quæcumque vera complexa, sicut incompleta, quam in aliqua creatura, præteritum cum mens nostra ab omni mole corporis aggrauatum, ab omnibus phantasmaribus obtutibilantibus, ab omni rubigine & caligine, ab omni scoria atque materia plenisime furent expurgata, & supra solis splendorem deficiat transformata? Quod & de Angelis omnibus, aliquo ue eorum, de quo Ezechiel, 28. Tu signaculum, similitudine &c. similiter vel fortius argui forte potest, cum videatur propinquior ad similitudinem Dei factus, dicitur Gregorio 3. Mo-

Gregorius.

C rial. 23. super illud Iob. 40. Iste est principium viarum Dei; licet homo ad similitudinem Dei creatus sit, Angelo tamen quasi maius aliquid tribueris, non cum ad similitudinem Dei condicis, sed ipsum signaculum Dei similitudinis dicas, vt quo subtilior est natura, eo in illum similitudo Dei plenus creditur expressa. Dicitque Iohannes 1. de summo bono 10. Dicitur conditionis Angeli à conditione hominis: Homo enim ad similitudinem Dei conditus est, Archangelus vero, qui lapsus signaculum Dei similitudinis appellatus est, testante Deo per Ezechiel, Tu signaculum similitudinis plenus sapientia, perfectus decoro, In deliciis paradisi fuisti; quanto enim subtilior est eius natura, tanto plenus existit ad similitudinem diuinæ veritatis expressa. Cum etiam Deus sit finis naturalissimum mentis nostræ, nec potest perfici nisi in coniunctione eius perfecta cum eo, quomodo secundum unam eius "potentiam, que est apprehensionis simplicitas, perficitur coniuncta perfecte cum Deo? perfecte, quia per Dei essentiam incompleta & simplicia contemplando: secundum alteram vero eius potentiam etiam nobilitatem, que componit & dividit simplicitatem complexa, manebit & etiamiter imperfecta? Imo nec potest perfici in eternum, vel sicut non in tantum perficietur, nec potest sicut alia potentia sicut sua ignobilior quoque illa, cum nullum verum complexum possit videre in Deo? Imo haec potentia intellectus creati proportionales videntur potentia intellectus diuini apprehendere simplicitatem, & potentie componenti simplicitas apprehensa, loquendo nullum improprietatem potentia componente in Deo, sicut balbutiendo vix possumus Dei magnitudinem tenuiter resonare, sicut 18. primi plenus tangebatur; quare & sicut hæc, ita sicut perficietur finaliter contemplando in ipsa incompleta quodammodo incompleta, sic & altera in illa contemplando complexa quodammodo complexa. Ita namque una pars imaginis est perfectibilis finaliter sicut altera, & ita similitudinem & proprium consequetur: Item aliter Deus omnipotens nullum beatum potest certificare de sua beatitudine eternaliter duratura; nec de futuro aliquo contingente. Si enim possit, poterit; vel ergo illud certe reuelatum necessario est evenire, vel nequequam. Non necessario evenire, sicut positio ista ponit; potest ergo nullatenus evenire, quare & iste beatus potest decipi & errare, & nunc non esse beatus, nec vnoquam prius fuisse, sed nunc esse miser & semper prius fuisse, cum absurditatibus alijs multis & magnis, sicut potest patere ex 34. huius. Cuius etiam animus non desiderat similitudinem infallibiliter de sua beatitudine eternaliter duratura? Dicere ergo nullum certitudinem talem posse habere, est omnem creaturam rationalem beatitudine sua priuare, sicut ex eodem patet. Secundum hoc quoque beati in coelis non sunt certi de finali iudicio; resurrectione mortuorum, & beatitudine sua futura, nisi certitudine fiduci seu fidei, contra prius ostensa 34. huius. Iti quoque nituntur decipere veritatem, Dominum scilicet Iesum Christum, sicut secundum naturam suam humanam. Si enim tantum in proprio genere vi-

Iohannes.

D deat

E lorem, que componit & dividit simplicitatem complexa, manebit & etiamiter imperfecta? Imo nec potest perfici in eternum, vel sicut non in tantum perficietur, nec potest sicut alia potentia sicut sua ignobilior quoque illa, cum nullum verum complexum possit videre in Deo? Imo haec potentia intellectus creati proportionales videntur potentia intellectus diuini apprehendere simplicitatem, & potentie componenti simplicitas apprehensa, loquendo nullum improprietatem potentia componente in Deo, sicut balbutiendo vix possumus Dei magnitudinem tenuiter resonare, sicut 18. primi plenus tangebatur; quare & sicut hæc, ita sicut perficietur finaliter contemplando in ipsa incompleta quodammodo incompleta, sic & altera in illa contemplando complexa quodammodo complexa. Ita namque una pars imaginis est perfectibilis finaliter sicut altera, & ita similitudinem & proprium consequetur: Item aliter Deus omnipotens nullum beatum potest certificare de sua beatitudine eternaliter duratura; nec de futuro aliquo contingente. Si enim possit, poterit; vel ergo illud certe reuelatum necessario est evenire, vel nequequam. Non necessario evenire, sicut positio ista ponit; potest ergo nullatenus evenire, quare & iste beatus potest decipi & errare, & nunc non esse beatus, nec vnoquam prius fuisse, sed nunc esse miser & semper prius fuisse, cum absurditatibus alijs multis & magnis, sicut potest patere ex 34. huius. Cuius etiam animus non desiderat similitudinem infallibiliter de sua beatitudine eternaliter duratura? Dicere ergo nullum certitudinem talem posse habere, est omnem creaturam rationalem beatitudine sua priuare, sicut ex eodem patet. Secundum hoc quoque beati in coelis non sunt certi de finali iudicio; resurrectione mortuorum, & beatitudine sua futura, nisi certitudine fiduci seu fidei, contra prius ostensa 34. huius. Iti quoque nituntur decipere veritatem, Dominum scilicet Iesum Christum, sicut secundum naturam suam humanam. Si enim tantum in proprio genere vi-

deat res contingenter futuras, cum illæ possint non fore, potest & Christus decipi & errare; A. quod quis Christianus, nisi forte deceptus & errans, præsumperit affirmare? Nec potest quis vitare deceptionem, dicendo hanc modi visionem in Christo, aliisque beatis, vbi non oppositorum posse fuisse alterius, non illius, sicut parer trigesimo sexto huius. Iti similius priuati beatos nedum certitudine scientia, verum & multitudine: ad beatitudinem namque perfectam scientia perfecta requiritur; non solum quantum ad claritatem scientia, sed etiam quantum ad multitudinem scientiarum beatus ergo perfecte scire omnia. Quonodo namq; aliter decipi non valeret, & quomodo aliter non haberet malum & tenebras ignorantiae, & quomodo aliter non possit semper studere, proficere, & vterius laborare? Hoc autem non est de ratione finis, sed via.

Augustinus. Quare & Augustinus i. 5. de Trinitate, i. 6. Cum, inquit, tanta sit nunc in isto enigma dissimilitudo Dei, in qua tanta nonnulla similitudo comperta est, illud quoque facendum est, quod etiam cum similes exierimus, quando eum videbimus sicuti est, quod vtique qui dixit, hanc proculdubio que nunc est dissimilitudinem attendit, nec tunc natura illi erimus aequalis. Esemper enim natura minor est faciente quæ facta est) & tunc quidem verbum nostrum non erit falsum, quia neque meminerim, neque salemur; fortassis etiam non erunt volubiles nostra cogitationes ab alijs in alia cunctis atq; redeentes, sed omnes scientiam nostram uno simul conceptu videbimus. Et quomodo aliter latiaret appetitus beati, quo quamcunq; propositam velle cognoscere, sicut maler cogoscere quam non cognoscere veritatem? Et quomodo aliter tria beatitudo bonum omninoque perfectum, sicut hæc omnia magis patent ex trigesimæ quartæ huius? Quonodo namque beatus omnia scire potest actualiter aut habitu aliter in proprio genere? Hoc enim nos posset nisi per propositiones & actus & habitus infinitos; sed sic non potest; non ergo potest omnia clare scire, nisi per diuinam essentiam omnia clarissimè demonstrantem, nisi per librum diuinæ scientiæ omnia clarissimè continentem, nisi per diuinæ scientiæ speculum, in quo omnia clare lucent, nisi per diuinæ virtutis oculum, cui omnia clare patent. Quare & Philosphus I. de Anima 65. Si, inquit, accipiat se noster oculus iuueniem, videbit vtique sicut & iuuenis: Vbi & textus, quem Aueroes expounit, Senex, inquit, si recuperet oculum iuuenis, videret sicut iuuenis; quare & si homo vel Angelus accipiat oculum Dei, videbit quodammodo sicut Deus. Annon sic potest intelligi illud propheticum, Oculo ad oculum videbunt? Es. 52. & illud, Oculus non vidit, Deus, absque te, quæ preparasti expectantibus te, infra 64? Dominus illuminatio mea, Psal. 26. & multa similia multis locis? Quamobrè & Philosophi asseuerant hominem debere tandem scire omnia per substantiam intellectus agentis; per substantiam ipsam Dei, & hanc esse facilitatem eius æstimam & perfectam. Aueroes enim super 3. de Anima comment. 36, loquens de copulatione & continuatione intellectus agentis nobiscum, dicit quod quandoque dicimus moueri ad continuationem huius, & addit; & manifestum est, quod cum ipse motus complebitur, quod statim ille intellectus copulabitur nobiscum omnibus modis; & tunc manifestum est, quod proportionem eius ad nos in illa dispositione est, sicut dispositio intellectus qui est in habitu ad nos; & cum ita sit, necesse est ut homo intelligat per intellectum sibi proprium omnia entia, & ut agat actionem sibi propriam omnibus entibus, sicut intelligit per intellectum qui est in habitu, quando fuerit continuans cum formis imaginabilibus, omnia entia intellexione propria: Homo ergo secundum hunc modum, ut dicit Themistius, asimilatur Deo, scilicet in eo quod est omnia entia quoque modo, & sciens ea quoquo modo: Entia enim sibil aliud sunt quarta scientia eius, nec causa entium aliud est nisi scientia eius; & quam mirabilis est iste ordo. & quam extraneus est iste modus essendi? Quibus & concorditer Augustinus De gaudijs iustorum, & paenitentiarum, sive de triplici habitalculo, dicit, quod in vita futura, in vrbe regia fulgebunt iusti sicut Sol, sicut ait Dominus, vbi summa pax erit, summa quiet, nullus labor, nulla pauperitas, nec senectus, nec vilianox, nec vilia mors, nec vultus cibi desiderium, nullum sitis incendium, sed cibus & potus. E omniumentis visio Christi defansæ Trinitatis, & contemplatio puri cordis oculo, ipsius diuinitatis, & affectus leflio, utra dicam, libri vite, id est, æternæ veritatis, & famam sapientiae, & verbi Dei, quod est Iesu Christi visus, vbi quicquid nos facit nunc, manifestum est tuco, vbi ratio manifestaberit, cur hic electus est, & ille reprobatus, cur hic in regnum assumptus est, cur ille in seruiturem redactus, cur alius in vtero moritur, alius in infancia, alius in iuventute, alius in senectute, cur alius pauper est, alius diuus, cur filius adulterii baptizatus, & aliquando filius legitimus coniugis ante baptismum moritur, cur qui bene incipit vivere aliquando male finitur, & qui male incipit sive bene finitur; hæc omnia, & huiusmodi multa in libro vita plana & aperta erunt. Et infra, in visione Dei tripla scientia noscitur, id est, homo qui cernit, Deus qui cernitur, & ceteri omnes, omnia videbuntur

Philosophus.

Ezra.

Aueroes.

Themistius.

Augustinus.

Augustinus.

Augustinus.

Augustinus.

A & intelligentur. Sicut enim per speculum vitrum tria nobis visio administratur, quia nos ipsos, & ipsum speculum, & quicquid praesens adeat videmus: sic per speculum diuinæ claritatis & ipsum Deum, ut est, videbimus quantumcumque possibile est creature, & nos ipsos & ceteros vera & certa scientia cognoscemus. Qui & vlt. de cuit. Dei 28. Si, inquit, Propheta Elizeus puerum suum Giesi ab lens corpore visit accipientem manera, quanto magis in illo corpore spirituali videbunt sancti omnia? An hoc est quod Mosi desideranti videre faciem & gloriam Domini, Dominus promitterebat, Ego ostendam omnem bonum tibi, Exod. 33. Glossa, Requiem æternam, in qua est emne bonum in visione Dei, sicut Psalmista ait, Sicutaber cum apparuerit gloria tua. Beatus quoque Gregorius 4. Dial. 22. loquens de Sanctis in celo, quid Gregorius est, inquit, quod ibi nesciant, vbi scientem omnia scient: Respondebitur forsitan, sicut videoetur, Petrum respondere 2. sent. dist. 11. vlt. quod Gregor. loquitur ibi de Angelis, & cum innuit, quod scient omnia, intelligit solum de his omnibus quorum cognitione facit cognitorem beatum, de his videlicet, quorum cognitione est de substantia beatitudinis, cuusmodi est mysterium trinitatis. Sed responsivebibus processum Gregorij plane constat ipsum ibi loqui de hominibus & de cognitione hominum, mutuò etiam hominum extranctorum & ignororum semper ad inuicem in hac vita. Querit namque Petrus, si vel boni benos in regno, vel mali malos in suppicio agnoscunt, & loquitur de hominibus manifestè. Vbi & Gregorius respondendo ostendit quod sic tam debent quam de malis, & hoc tantum de hominibus, & subiungit, fit autem in electis quoddam mirabilis, quia non solum eos agnoscunt quos in hoc mundo nouerunt, sed velut vicinos suos ac cognitos recognoscunt bonos, quos nunquam viderant. Nam cum antiquos Patres in illa hereditate æterna viderint, eis incogniti per visionem non erunt, quos in opere semper nouerunt. Quia enim illic omnes communè claritate Deum conspicunt, quid est quod ibi nesciant, vbi scientem omnia scient? An feliciter insuper de similitudinibus 57. dicit quod octaua pars beatitudinis est sapientia, & addit; Bonus enim perfecta, quia Deus est, sapientia replebitur, eamque facie ad faciem intuebitur, quam cum ita prospexit, creature totius naturam videbit, quæ in Deo melius quam in seipso consistit. Tuoc eroiū iusti cuncta scientia quæ Deus fecit scienda, tam ea quæ præterita, quæ postmodum sunt futura: ibi à singulis omnibus, ibi ab omnibus singuli cognoscentur, nec quenquam omnino latebit quæ patræ, stirpe, quis editus fuerit, vel quid in vita sua fecerit. Item quis Theologus negare præsumt, sicut Christum secundum naturam assumptam omnia verè scire, cum hoc tam raro, quam multiplex Patrum autoritas contestetur? Ipsi namque datus est spiritus non ad mensuram, Ioh. 3. & hoc secundum omnia dona sua; in ipso quoque, teste Apostolo, complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitat corporaliter, ad Col. 1. In quo etiam secundum eundem sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi, infra 2. Hoc idem & Hugo de sancto Victore in quadam libello responsu Magistro Gualtero de Mauritania multipliciter nititur approbat, & pertinaciter affirmare. Quasi siquidem Gualterus, virum anima

D Christi tentat habeat penitus scientiam & sapientiam, quantum habet diuinitas? Qui opinabatur & argueret quod non, quia beatitudo consistit in notitia, dicente Domino, Hæc est vita æterna, ut cognoscant, &c. Si ergo anima Christi haberet æqualem notitiam cum diuinitate, haberet & æqualem beatitudinem, æqualem charitatem, & cetera bona in quibus beatitudo consistit. Item alius falsum est, Deum in omni bono maiorem habere sufficientiam, quia eius creaturam. Quibus nequaquam obstantibus, tener plane quod sic; quia anima Christi si nouit omnia non per habitus, actus, aut actum aliquem, sed per ipsum Deum, per essentiam ipsam Dei; quod & de beatitudine nostra sentit; vnde sic ait, Hæc est, inquit, vita, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misericorditer Christum: cognitio itaque Dei vita æterna est. Et quid est cognitio Dei? Nunquid accidentis est? Ergo amor Dei accidentis est, & beatitudo accidentis est, & in accidentibus est beatitudo nostra; quare non magis Deus sit beatitudo nostra, ipse sapientia qua cognoscimus, ipse amor quo diligimus, ipse gaudium quo exultamus, ergo vita sapientia est qua omnes sapiunt: nec tamen uno modo sapiunt, quia participando sapiunt; quod si omnes hac sapientia lapidem quicunque sapient, multo magis hac sapientia sapient illa anima quæ ipsi sapientia vita fuit. Et inita Apollonis iste Hugo. statutus plenitudinem ibi est, & nos dicimus, quia tota sapientia non est in domo sua, ergo dimidia in tunc habitat, & dimidia foris. Et vbi queritur, si domi non inuenitur, in qua habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: Vbi plenitudo est, nihil deest; vbi nihil deest, totum adeat; si forte plenitudo diuinitatis ibi est, & plenitudo sapientiae ibi non est? Dicit utrum, in quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi. Sed dicitis bene, Omnes sapientiae thesauri & scientiae ibi sunt, sed absconditi sunt; portat, & non videt. Absconditæ ab intellectu nostro, ut sic sensamus; sed absconditi sunt, non ut ab absconditatur, sed ne ab impensis incedantur,

Hugo.

videantur, absconditi sunt & reconditi sunt ; reconditi sunt ut tempore opportuno proferantur. Et infra, vidit Christus in diuinitate, vidit & in humanitate, tamen ex diuinitate : erat enim plenitudo diuinitatis in anima Christi, & ex plenitudine sapientie plene sapiens erat anima Christi; ergo inquit, tantam sapientiam habet anima Christi quam Deus habet. Quid facit comparatio ? Vnus solus est, vna est sapientia Dei, qua sapiens est anima Christi, nec participando sapiens, ut hoc vel illud in illa & per illam sapiat, sed plenitudinem habendo, ut totum possideat. Non ergo canta dicamus aut quanta, sed dicamus tota sapientia Dei in anima Christi, & ex tota sapientia Dei anima Christi sapiens est, nec tamen aequalis Deo anima Christi est, quia sapientia Dei non est ; illuc gratia, hic natura, & idem illuc gratia quod hic natura. Et infra respondendo ad primum argumentum Gualteri dicit, Et si anima Christi habeat aequalem scientiam cum diuinitate, non propriece a portere ipsam habere aequaliter beatitudinem, quia beatus est habere bonum per naturam, & ex se, & esse illud, quam habere illud per gratiam & ab alio, & non esse illud. Et infra respondendo ad secundum, sicut in Postea ad. B. I. scilicet, si anima Christi aequaliter cum Deo habeat scientiam, fallsum erit Deus in omnib[us] bono maiorem habere sufficientiam quam eius creaturam, & deinceps, sicut non potest creature accipi Creatori, ita nec bonum vnius bono alterius, sed hoc bene & veraciter ibi dicitur, vbi creatura bonum aliud atq[ue] diuersum a bono Creatoris inuenitur, vbi vero vnu & id est ipsum est, maius aut minus esse qui potest. Quod est enim veru bonum creature praecipue rationalis aliud praeter Deum? aut qd. est bonum Dei aliud praeter ipsum? Si ergo verum & vacuum bonum creature Deus est, & bonum Dei aliud praeter ipsum esse non potest, auncquid idcirco Deus minor aut maior seipso est, quia creatura sua pariter & suum bonum ipse est? Cesset ergo tandem tamcrebra repetitio comparationis, vbi singularitas est veritatis. Et infra in fine, quid necesse est singula prosequi ? Breuerit vobis quid mihi in hac re secundum esse videatur, ostendam, ac perfectam, & totam Dei sapientiam in anima Christi fuisse credimus, & ex ipsa sapientia anima eandem ac perfecte sapientem, non ex ipsa participando, sed totam C. possidente, quia secundum plenitudinem accepit. Iohannes autem, qui erad lucerna ardens, & lacens, ex parte comprehendenter, anima ergo Iohannis de plenitudine accepit, anima Christi plenitudinem comprehendit. Quicunque autem in eo persistunt, ut hoc afferere concordant, quod alia fuerit sapientia illa, quia anima Christi sapiens extitit, alia quae anima Christi vna sit, ego praetudicium nemini facere volo ; videant ipsi quo sensu hoc afferant, ne forte carnalis sit magis sua quam vera pronuntiatio. Hoc vnum ego indubitanter affirmo, quod aut alia sapientia praeter diuinam in anima Christi non fuit, aut si alia fuit, aequaliter illi non fuit ; hoc credenti qui non credit, non bene credit ; ad cetera ego non cogo, sed suadeo. Hoc idem & Petrus 3. sentent. dist. 13. & 14. per rations & autoritates Doctorum ostendit, vbi & dist. 14. quibusdam obijacentibus sic responderet, Respondentes dicimus animam Christi per sapientiam gratis datum in verbo Dei cui vnta est, quod etiam perfecte intelligit, omnia scire quae Deus scit. Angeli quoque beati omnes vel aliqui omnia sciunt in verbo, vel scient finali beatitudine consummata : aliter enim possent Angeli hominesque beati semper proficere addicendo tam per studium proprium, quam per reuelationem diuinam, quare nunquam essent perfecte beati. Nec aliquis hoc concedit, dicitque Robertus Lincolniensis super i. Poster. 14. quod intelligentiae recipientes irradiationem a lumine primo, vident in eo omnes res scibiles vniuersales & particulares. Dicitque Gregorius super illud, Luc. 15. Quae mulier habens drachmas decem ? &c. homilia 34. Cherubin plenitudo scientia dicitur, & sublimiora illa agmina merito Cherubin vocata sunt, quia tanto perfectiore scientia plena sunt, quanto claritatem Dei vicinus contemplantur, ut secundum creaturam modum eo plenius omnia sciant, quo visione conditoris sui per meritum dignitatis appropinquant. Et infra ostendendo, quod munera ordinum sunt ita specialia singulis, quod ramen communia omnibus, Cherubin, inquit, plenitudinem scientiam diximus, & tamen quis ibi alicui pescat, vbi ipsum omnes simili fontem scientia Deum vident ? Isidorus etiam i. De summo E. bono 10. Angeli, inquit, Dei cognoscunt omnia antequam in se hiant, & quae apud homines adhuc futura sunt, Angeli iam, reuelante Deo, noverunt. Beatus Lincolniensis Augustinus 8. super Genesim ad literam 48. dicit quod Deus ipse loquitur cum Angelis, incommunabili, veritate illustrans mentes eorum, vbi est intellectus noster simul quicunque etiam per tempora non sunt similis. Iti ergo priuant, beatos Angelos & homines voiveros, immo, & ipsum beatificum Dominum beatorum, Dominum Iesum Christum certitudine ac multitudine scientiarum ad beatitudinem requisita, sicut precedentia manifestantur ; & nendum hoc, verum etiam & omni scientia seu præscientia priuant, omnia, inquam, scientia seu præscientia contingentium futurorum, & quogumcunque scibilium aliorum,

Lincolniensis

idcirco

Isidorus.

Augustinus.

A. aliorum, nisi fortassis per se notorum, aut quorum habent demonstrationem aut sensum ; quare multo magis Christum & omnes Prophetas in via. Nam vbi non est perspicua certitudo, nec scientia propriæ, sed fides, opinio, aut affirmatio potius esse potest, sicut ex i. primi apparuit. Quare & Apostolus, Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium, ad Heb. 11. Vnde & Augustinus prima partis super Iohan. homilia 40. Credimus, inquit, ut cognoscamus. Quid est enim fides nisi credere quod non vides ? Fides ergo est quod non vides credere ; veritas quod credidisti vide : Qui & ad Paulinum de video Deo 3. & post diffusè ostendit, quod videre & credere in hoc distant, quod videre est aliquid certe & evidenter cognoscere sive scire, aliquo scilicet sensu corporis vel animi, quicquam certe sentire, recolere & sensisse ; credere vero alijs non sic cognitis assentiri. Vbi 4. sic ait, Hanc distinctionem tene, ut si quid te admonuero differendo quod ita video oculis carnis vel vlo alio sensu eius sentias, seu te sensisse recolas, ut sentiuntur ionores, colores, fragores, odores, sapores, feruores, & si quid aliud per corpus cernendo, audiendo, olfaciendo, gustando, tangendo, sentimus, aut ita non video, mens intuitu vero vides, vitam, voluntatem, cogitationem, memoriam, intelligentiam, scientiam, fidem tuam ; & quicquid aliud mente conspicis, atque ita esse non tantum credendo, sed planè videndo non dubitas, hoc me iudices ostendisse ; quod autem non sic ostendere, ut aet corporis aut animi sensu, visu, perceptuque teneatur, & cum dixerim aliquid quod nullo illorum duorum genere video, restat ut tantum credatur. Et infra 5. Nonnulli putant ipsum quod dicimus credere, cum res vera creditur, hoc solum esse mente contueri : quod si ita est, fallitur ista nostra prolocutio, in qua dilinximus aliud esse aliquid sentire corporis sensu, sicut in cœlo Solem, & in terra montem, arborem, corporis quodlibet, & aliud mentis intuitu tem nihilominus evidenter, sicut nostra voluntas à nobismet ipsiis intus aspiciuntur cum aliquid volumus, vel cogitatio cum aliquid cogitamus, vel memoria cum recordamur, vel tale aliiquid in animo sive corpore, vel aliud ante credere quod in corporis mentis conspectu nec adeat nec affuisse recolitur, sicut sine parentibus creatum Adam & natum ex Virgine passumque resurrexit esse Christum. Et infra 6. Num sat is est ut inter videre & credere hoc distare credamus, quia praesentis videtur, creditur absentia ? Planè fortiter sat is est, si praesentia illa hoc loco intelligamus dicta qua præsto sunt sensibus sive animi sive corporis, vnde & iam praesentia scilicet à præsto ducto vocabulo nominantur. Sicut enim hanc lucem corporis sensu, sic & meam voluntatem planè video, quia præsto est animi mei sensibus, atque intus mihi præfens est ; si quis vero mihi indicet voluntatem luam, cuius os & vox mihi præfens est, tamen quia ipsa voluntas, quam mihi indicat, later sensus corporis & animi mei, credo, non video, & si forte ut dicit ita sit ; creditur ergo illa quae absunt à sensibus nostris, si videtur idoneum quod eis testimoniū perhibetur ; videntur autem quae præsto sunt, inde & praesentia nominantur, vel animi vel corporis sensibus. Nam cum sint quinque corporis sensus, cernendi, audiendi, olfaciendi, gustandi, tangendi, vides quidem præcipue oculis attribuus est, veruntamen hoc verbo videtur & in ceteris. Neque enim tantum dicimus. Vide quid luceat, sed etiam. Vide quid sonet, vide quid oleat, vide quid sapiat, vide quid caleat ; nec quia dixi ea credi quae à sensibus nostris absunt, sic accipiatur, ut inter illa deputentur quae aliquando vidimus, & nos vidisse recinemus, certique sumus, quamvis ea tunc non præsto sint cum recoluntur à nobis ; neque enim in eis credita, sed inter vias deputantur, & ideo nota sunt, non quia sicutem habimus alios testibus, sed quia nos vidisse sine dubio recordamur & scimus. Respondebit quis, nam fortassis dicendo ista non sequi, quia Deus potest sic illustrare mentem alicuius, & propositiones seu habitus in mente ipsius, & ita ei vera huiusmodi reuelabitur, quod sciet & insuebitur illa certe. Sed si illustratio illa fiat per aliquod lumen creaturum quantumcumque clarissimum, aut per aliquam creaturam, talis reuelatio de futuro potest esse erronea, delusoria, atque falsa : potest enim oppositum evenire : Eodem quoque modo & reuelatio quælibet de praesentia aut de praeterito non per se nota aut demonstratio, nec sensatio, non obstante illustratione huiusmodi, potest esse delusoria atque falsa. Cur enim non de praesentibus & praeteritis talibus sicut de futuris, & imo si cuipiam existent. Londini talis reuelatio fieri, quod cras hora prima A. futurum contingens sicut Romæ, & ipse credat continuè, nonne, sicut ex ita reuelatione potest decipi & errare ante horam primam diei crastina credendo A. tunc fore, quia non obstante reuelatione huiusmodi, possibile est A. non fore, sic & ex eadem reuelatione secundum substantiam potest decipi de praesenti, credendo crastina prima A. esse, & lapla hora prima similiter decipi de praeterito, credendo colliguntur A. futisse ? Cuius causa est, quia qualicunque & quantocunque lumine, & itato illustretur quæcumque proprie, eius veritas, non est per se nota, nec per lumen habitus evidenter demonstrata per aliquam per se nota, & in consequenti

Ezra.

Petrus Apo-

Paulus.

Iohannes.

Beda.

Apocalypsi.

il Carolo-

mannum

Ieber.

Philosophus.

Augustinus

consequens per se nostra, nec indubitanter sensata, illa non est certa, quia illustratione huiusmodi non obstante res posset aliter te habere. Sicut enim illustratur propositio talis vera, sic posset & falsa. Ita clare namque lucet Sol & Luna ac alias luminaria supra scripturam falluntur, sicut super veram, super mentientem sicut super vera dicentes; vbi ergo possunt haec discerni? Certe in nullo lumine crearo fallibili siue lumine infallibili increato; nulla ergo huiusmodi veritas potest certe infallibiliterque videri, nisi in intrinseco lumine infallibilis veritatis, in candore lucis eternae, & peculo sine macula maiestatis divinae, in libro vite, in verbo Dei, qui & quod mentiri non potest, in essentia clara Dei vbi omnia sicut sunt eternali, immutabiliter, & in fallibiliter conscribuntur, vbi nullus est error, nec etiam esse potest, sicut nec in Deo, quod & vbi videbit, leget, & scire certissime, quicunque perfecte interierit viderit, legerit & scuerit librum illam, sicut apparet ex trigesimo quarto huius. Nonne hoc voluit dicere tota illa turba Philosopherum, quedam obsecrare proferens, quedam clarere de intellectu agente? Et quomodo Deus est lumen ad omnia cognoscenda, sicut sextum primi, & vice secundum plenus recitat? An non sic sensit clarissimum Elias, quando congregati oni fidelium promittebat, Non erit tibi amplius Sol ad lucendum per diem, nec splendor Lune illuminabit te, sed erit tibi Dominus in lucem semperternam? Es. 60. Annon hoc sensum secundi plenus recitat? An non sic sensit clarissimum Elias, quando congregati oni fidelium promittebat, Non erit tibi amplius Sol ad lucendum per diem, nec splendor Lune illuminabit te, sed erit tibi Dominus in lucem semperternam? Es. 60. Annon hoc sensum secundi plenus recitat?

But princeps Apostolorum Petrus, quando fidelibus ita scripsit, Habemus firmorem prophetum sermonem, cui benefacitis attendentes, quasi lucernae lucem in colligendo loco, donec dies illecebras, & lucifer ostendat in cordibus vestris? 2. Pet. 1. Annon ita sensit vas electio nis Paulus ad Corinthios ita scribens, Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus; cum autem venerit quod perfectum est, evanescerit quod exparte est; videmus nunc per speculum in anagnite, tunc autem facie ad faciem; nunc cognoscimus ex parte, tunc autem cognoscamus sicut & cognitus sum? Annon hoc sensit inter Discipulos magis dilectus, qui & de pectore Domini rotum hausit quod beatitudibus seruiseffudit, cum dixit, Deus lux est, & tenebrae in eo non sunt villa? 1. Ioh. 1. Et infra 3. Charissimi, nunc filii Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus; scimus autem quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est? Et quomodo? Audi, Deum nemo vidit unquam, unigenitus, qui est in sancto Patre, ipse enarravit, Ioh. 1. quod teste Beda in glossa, potest referri ad praeterritum & similitudinem futurum. Annon hoc veritas ipsa tenet, cum ait, Ego sum radix & genus David, stola splendida & matutina? Apoc. vte. Et iterum, Qui diligit me, diligitur a Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum? Ioh. 14. Annon sic intelligenda sunt haec & alia quamplura loca similia tam veteris testamendi quam noui? Si aliquis dubitet, respiciat expositiones & glossas catholicas, & proculdubio certus sit. Scio tamen quod est quaedam scientia & etiam certitudo alio modo dicta, probabilis scilicet & firma, credulitas vehementes, & indubitate adherens, & spes firma. Sic enim scimus qui fuerunt & sunt nostri parentes, fratres & sorores; si scimus quae testimonio fide dignorum didicimus hominum vel liborum, liborum inquam, historicorum sacerdotum & etiam aliorum, puta Troiam fuisse nobilem ciuitatem, & a Gracis destruam, Alcedonum, ||Carolum Magnum, Edwardum, & alios Principes multa magna perpetrasse, Platonom, Aristotelem, Prolorem, & Philosophos alios plurima docuisse. Quare & Ieber in prologo 1. dicit, quod scientia melior post scientiam fidei est, cuius principia sunt certa & firma: & Philosophus in De memoria & reminiscencia, Neque, inquit, contingit futura memorari, sed est opinabile & sperabile; erit virtus & scientia quaedam sperativa, quemadmodum quidam diuinatuum dicunt: Et 7. Eth. 3. Quidam, inquit, opinantur non dubitant, sed existimant certe scire; si ergo propter quietem credere opinantes magis scientibus praeferent opinionem agent, nihil differt scientia ab opinione: quidam enim credunt nihil minus quibus opinantur, quam alteri quibus sciunt; manifestat autem Heraclitus; qui & 4. Topicorum, dicit quod fides est opinio vehementis;

Quare & Augustinus ad Paulinam de videndo Deo 4. Si, inquit, ea quae non vidimus, id est, in presentia non sensimus vel mente vel corpore, neque de Scripturis sanctis vel legendo, vel audiendo didicimus, nulla omnino credidimus, unde sciremus esse ciuitates vbi nunquam fuimus, vel a Romulo editam Romanum, vel, vt de propriis loquar, Constantinopolim a Constantino? Vnde postrem sciremus quinam parentes nos precesserint, quibus patribus, auis, maioribus geniti esse sumus? Tali um quippe cum plurima sciamus, non tamen ea, vel illo sensu presentia, sicut Solem, sicut nostram animi voluntatem, sicut canonorum eloquiorum autoritatem, sicut Adam fuisse primum hominem, aut Christum incarnatum, paullum, ac resurrexisse didicimus, sed alijs referentibus, de quorum testimoniis in hoc duntaxat rerum generis minime dubitamus. Ecce intra 6. praedictam distinctionem de scientia innuens; Constat, inquit, nostra scientia

A scientia ex visis, rebus, & creditis; sed in his quae vidimus vel videmus nos ipsi testes sumus; in his autem quae credimus, alijs testibus mouemur: ad fidem tamen earum rerum, quas nec vidisse nos recordimus nec videmus, dantur signa vel in vocibus, vel in literis, vel in quibuscumque documentis, quibus vias non visa credantur. Non autem immixtum scire nos dicimus non solem ea quae vidimus aut videmus, verum & illa que idoneis ad quaevisque rem comnoti testimonis vel testibus credimus. Porrò si scire non incongrueret dicimus etiam illud quod certissimum credimus, hinc factum est ut iam recte credita, est si non adhuc nostris sensibus, videre mente dicatur: scientia quippe menti tribuitur huc per corporis iensus, siue per ipsum animum aliquid perceptum cognitumque retineat, & fides ipsa mente utique videretur, quamvis hoc fide credatur, quod non videtur. Vnde Apostolus Petrus dicit, in quem modum non videntes creditis; & ipse Dominus, Beati qui non viderunt, & crediderunt. Sed abs quod perfecte beati sint tantummodo habitu talen scientiam, cognitionem aut certitudinem impropiam, fallibilem, imperfectam, sicut parat ex hic praemisis, & 34. huius; non sic ergo, non sic, sed habebunt visionem certissimam in clarissimo Dei verbo, sicut & Ch. istus habuit hic in via; & Petrus evidenter testatur 3. sentent. dist. 26. sicut 34. *Petrus huius plenus recitat*. Quare & Propheta, Credo, inquit, videre bona Domini in terra uiuentium, Psalmo 26. Non dixit opinari, estimare, aut credere, sed videre. Ostendebatur autem superius quantum diffat inter credere & videre; qui ergo tollunt a beatis huiusmodi visionem, & mercedem fidei a fidelibus simil tollunt: constat enim hanc esse fidei nostrae mercedem. Quare & dicebat Iesus ad eos qui crediderunt ei ludros: Si vos manteritis in me, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, Ioh. 8. quasi diceret manifeste, Vos qui nunc anigmaticè creditis: si credendo manteritis, tandem cognoscetis certissimè veritatem. Quod Augustinus exponens homiliā 40. prime partis, *si sit ait*: Quid enim quod dixisti non est veritas? Veritas est, sed adhuc creditur, nondum videretur; si maneat in eo quod creditur, *peruenitur ad id quod videatur*. Inde Iohannes ipse sanctus Evangelista in epistola sua, *beatus*, inuenit, inquit, filii Dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus. Nam sumus, & adhuc erimus: quid plus erimus quam sumus? Audi, nondum appetit quid erimus; scimus, quia cum apparuerit, similes ei erimus. Vnde: Quoniam videbimus cum sicuti est. Magna promissio, sed merces est fidei. Qui & vlt. de Cuit. Dei 28. Considerandum est, inquit, quantum vir dicebat; Ex parte scimus, & ex parte prophetamus, donec veniat quod perfectum est; & videamus nunc per speculum in anagnite, tunc autem facie ad faciem; hinc iam vident sancti Angeli, & sicut ibi vident; ita & nos vifuri sumus præmium, atque fidei nobis visio ista servatur. Beati quoque qui hic humiliter crediderunt Deum esse unum & trinum; si hoc in celo non clare & certe videbunt, quomodo dignè & plenè remunerabur ista fides? Aut si hoc clare & certe videbunt, sicut si subinde desiderant, in quo? Certe non sufficienter in aliqua creatura; nulla enim creatura potest istud clare & certe ostendere, sicut: est propter eius ditsimilitudinem infinitam: si autem hoc clare & certe videbunt, & legent, & scient in verbo Dei, in libro vite, in essentia clara Dei; cur non & alia vera complexa similiter, cum istud verum complexum videatur sumnum excellentissimum & difficillimum omnium ibi scriptorum? Quomodo etiam non potest beatus in illo libro Dei clarissimo & certissimo videare & legere clarissimum & certissimum quodcumque verum complexum clarissime & certissime ibi scriptum? Cur, inquam, hoc non potest, prefertum cum oculi cordis eius fuerint plene muniti & omninoque perfecti; cum etiam nunc cum oculis suis debilibus & infirmis possit videre & legere talia in alijs libris obscuris minus visibilibus & legibilibus mirabiliter? Si dixeris, propter nimiam excellentiam illius libri super oculum mentis Angelicam & humanae, hoc est superius reprobatum: quomodo etiam potest beatus ibi videre & legere optimè, Deum esse unum & trinum, quod videatur excellentissimum ibi scriptum, & alia inferiora non potest? Quomodo etiam, sicut & tu ipse concedis, ista excellentia maxima non obstante potest beatus ibi videre & legere quilibet incomplexa; & tamē complexa non potest? In hoc signum dem videris beatum simile tacere puer sciendi simplices litteras, ex eis tamen syllabas aut syllabam facere nescienti, scientiue syllabas, sed eas in dictiones aut dictiones coniungere nescienti; scientiue legere dictiones, sed orationes, aut orationem intelligere nescienti; in modo & quod durius multum videatur, nec unquam valent addiscere quicquam horum. Quomodo tamen quisquam summogenio praeditus, vident, legens, & intelligens in aliquo libro singularis dictiones, singula incomplexa, non potest videre, legere, & intelligere in eodem quamlibet propositione & orationem quamcumque; in modo nec aliquam etiam faciliter intellegit. Aut? Quomodo ergo beatus non ita videbit, leget, atque intelliget in libro divinae scientiae quacunque complexa, sicuti incomplexa? Non sic ergo, non sic: non enim sic sensit beatus Augustinus

Augustinus. Augustinus superius allegatus, dicens quod Beatis erit aeterna lectio libri vite. Qui & de A verbis Apostoli sermone 20. loquens de tempore viae & patriae, Nunc, inquit, per fidem ambulamus, tunc per speciem. Quid est per speciem? Speciosus forma praefiliis hominum, quia in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Qui diligit me, inquit, mandata mea custodit, & qui diligit me diligitur a Patre meo: & ego diligam eum: & quid illi dabis? Et ostendam meipsum illi, huc erit species quando facies quod dixit, & ostendam meipsum illi, ibi & quicquid Dei videbis, ibi sine codice in verbo leges: ergo cum viderimus cum sicut est, iam transit peregrinatio nostra. Sine codice, inquit, leges, sine codice, inquam, creato, in codice incerto, in libro aeterno scientia Dei aeternit. Et sequitur, Via est credere, hanc viam teneamus, & ad speciem perueniemus: cum venerimus ad speciem, & quicquid Dei videbimus, & iam non erit ibi dicere, quare huic subuenit, & huic non? Quare iste adductus est a gubernatione Dei ve baptizetur, ille autem cum bene catechumenus vixerit, subita ruina mortuus est, & ad baptismum non peruenit, ille autem cum sceleratus vixerit, cum luxuriosus, cum moechus, cum scismaticus, cum venator agrotaurit, baptizatus est, discessit, peccatum in eo coniunctum est, peccatum in eo delatum est? Quare merita non inuenies, nisi poenam? Quare gratiam? O altitudo diuitiarum! Petrus negat, latro credit. O altitudo diuitiarum sapientie & scientie Dei! Simili quoque modo, sicut argutum est de libro, argui potest de verbo: quomodo namque non potest beatus audire & cognoscere vera complexa in verbo, & per verbum Dei, in quo & per quod omnia vera verissime, distinctissime, & certissime exprimuntur, verorumque omnium verissime & certissime rationes? Et quis presumperit dicere tam facundissimum verbum mutum? quis hoc presumperit, nisi surdus? Et quis audeat dicere verbum Domini nequaquam exprimere nec posse exprimere aliqua vera complexa, sed tantummodo incompleta? Vel si exprimunt vera complexa, creaturam tamen non posse audire nec intelligere in illo verbo vera complexa, sed tantummodo incompleta, nec verbum illud omnipotens posse per scipsum exprimere creature vera complexa sicut incompleta, orationes sicuti dictiones? quis, inquam, hoc affirmare presumperit, nisi spiritualiter forte surdus, qui aures habet, & non audierit verbum Dei? Non sic Propheta, non sic; sed ait, Audiam quid loquatur in me Deus, Psalmi 84, super quod Augustinus. Loquebatur, inquit, in illo Deus iustus, & mundus faciebat illi strepitum foris; cohobens ergo aliquantum a strepitu mundi, & auertens se ad se, & a se in illum cuius vocem audiebat interior, quam obturans aurem contra tumultuantem vitam huius inquietudinem, & contra animam corpore quod corumpit aggrauatam, & sensu terrena habitatione deprimente multa cogitantem ait, Audiam quid loquatur in me Dominus Deus; & audiuit. Quid? Quoniam loqueretur pacem in plebem suam; ostensio quod pax illa non erit perfecta in presenti, sed in futuro, concludendo sic ait, Erit ergo pax purgata in filiis Dei, omnibus amantibus te, videntibus te plenos Deo, cum erit Deus omnia in omnibus: communem spectaculum habebimus Deum, communem possessionem, communem pacem habebimus Deum. Quicquid enim est quod nobis modo dat ipse, nobis erit pro omniis qui dat, ipsa erit perfecta & plena pax: hanc loquitur in plebem suam, hanc volebat audire ille, qui ait, Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loqueretur pacem in plebem suam. Qui & vlt. de Cibetum. Dei 29. Quanta, inquit, erit ista felicitas, vbi nullum erit malum, nullum laetebit* bonum? Vacabitur Dei laudibus qui erit omnia in omnibus. Admonet etiam sancto Cantico, vbi lego vel audio, Beati qui habitant in domo tua, Domine, in secula seculorum laudabunt te omnes illi, qui nunc laetent harmoniae corporalis nerui, non latebunt in tristis & extinsecus per corporis cuncta disposita, & cum careris rebus, qua ibi magna atque mirabilia videbuntur, rationales mentes in tanti artificis laudem rationabilis pulchritudinis delineatione succendeat; vera ibi gloria, vera honor, vera pax, vbi nihil aduersi nec a seipso nec ab aliquo quisquam patietur, premium virtutis ipse erit, qui virtutem dedit, cinqe scipsum, quo melius & maius nihil possit esse, promissi; quid est enim aliud quod per Prophetam E dixit, Ego illorum Deus, & ipsi mihi erunt plebs, nisi ego ero unde sustentur, ego ero quae cunctis omnibus honeste desiderantur, & vita, & salus, & virtus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona? Sic enim & illud recte intelligitur quod ait Apostolus, ut sit Deus omnia in omnibus, ipse fuis erit desideriorum nostrorum, qui sine fine videbuntur, sine fastidio amabitur, sine fatigacione laudabitur: hoc munus, hic affectus, hic affectus profectus erit omnibus, sicut ipsa vita aeterna communis. Nec putandum quod audire, mente videre, & legere in beatitudine consummata realiter sint diversa, sicut videtur ex autoritate premissa, immo fortassis nec beatitudo perfecta habet partes realiter differentes. Aut enim aliqua illarum partium esset perfecta, & ad beatificantum sufficiens, & tunc illa sola sufficeret; aut qualibet imperfecta,

Propheta. Propheta, non sic; sed ait, Audiam quid loquatur in me Deus, Psalmi 84, super quod Augustinus. Loquebatur, inquit, in illo Deus iustus, & mundus faciebat illi strepitum foris; cohobens ergo aliquantum a strepitu mundi, & auertens se ad se, & a se in illum cuius vocem audiebat interior, quam obturans aurem contra tumultuantem vitam huius inquietudinem, & contra animam corpore quod corumpit aggrauatam, & sensu terrena habitatione deprimente multa cogitantem ait, Audiam quid loquatur in me Dominus Deus; & audiuit. Quid? Quoniam loqueretur pacem in plebem suam; ostensio quod pax illa non erit perfecta in presenti, sed in futuro, concludendo sic ait, Erit ergo pax purgata in filiis Dei, omnibus amantibus te, videntibus te plenos Deo, cum erit Deus omnia in omnibus: communem spectaculum habebimus Deum, communem possessionem, communem pacem habebimus Deum. Quicquid enim est quod nobis modo dat ipse, nobis erit pro omniis qui dat, ipsa erit perfecta & plena pax: hanc loquitur in plebem suam, hanc volebat audire ille, qui ait, Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loqueretur pacem in plebem suam. Qui & vlt. de Cibetum. Dei 29. Quanta, inquit, erit ista felicitas, vbi nullum erit malum, nullum laetebit* bonum? Vacabitur Dei laudibus qui erit omnia in omnibus. Admonet etiam sancto Cantico, vbi lego vel audio, Beati qui habitant in domo tua, Domine, in secula seculorum laudabunt te omnes illi, qui nunc laetent harmoniae corporalis nerui, non latebunt in tristis & extinsecus per corporis cuncta disposita, & cum careris rebus, qua ibi magna atque mirabilia videbuntur, rationales mentes in tanti artificis laudem rationabilis pulchritudinis delineatione succendeat; vera ibi gloria, vera honor, vera pax, vbi nihil aduersi nec a seipso nec ab aliquo quisquam patietur, premium virtutis ipse erit, qui virtutem dedit, cinqe scipsum, quo melius & maius nihil possit esse, promissi; quid est enim aliud quod per Prophetam E

dixit, Ego illorum Deus, & ipsi mihi erunt plebs, nisi ego ero unde sustentur, ego ero quae cunctis omnibus honeste desiderantur, & vita, & salus, & virtus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona? Sic enim & illud recte intelligitur quod ait Apostolus, ut sit Deus omnia in omnibus, ipse fuis erit desideriorum nostrorum, qui sine fine videbuntur, sine fastidio amabitur, sine fatigacione laudabitur: hoc munus, hic affectus, hic affectus profectus erit omnibus, sicut ipsa vita aeterna communis. Nec putandum quod audire, mente videre, & legere in beatitudine consummata realiter sint diversa, sicut videtur ex autoritate premissa, immo fortassis nec beatitudo perfecta habet partes realiter differentes. Aut enim aliqua illarum partium esset perfecta, & ad beatificantum sufficiens, & tunc illa sola sufficeret; aut qualibet imperfecta,

A imperfecta, & quomodo tunc ex talibus partibus imperfectis resultaret beatitudo perfecta, presertim cum omnes illae partes sint finitae numero & virtute? Quare etiam posset esse beatitudo, & recta Angeli vel hominis circa Deum, cum tam illa quam illa sit finis amorum? Quare & Boetius 3. de consolatione Philosophie, prola 10. per modum dialogi inter Philosophiam & ipsum probat diffusus, & tenet expresse quod beatitudo humana est summum bonum, quare & Deus, immo & ipsa diuinitas. Cui & Anselmus concordanter Monolog. 70. *Augustinus.* Si, inquit, creatura rationalis, quae sibi inutilis est, sine perleuerant Dei amore sic eminet in omnibus creaturis, utique nihil potest esse premium hujus amoris, nisi quod superemerit in omnibus naturis; etenim idem ipsum bonum quod sic amari exigit, non minus ab amante se desiderari cogit; nam quis sic amet iustitiam, veritatem, beatitudinem, incorruptibilitatem, ut his frui non appetat? Quid ergo summa bonitas tribuet amanti & desideranti se nisi ipsis? Nam quicquid aliud retribuit, non retribuit, quia nec compensatur amor, nec consolatur amantem, nec satiat desiderantem; aut si se vult amari & desiderari ut aliud retribuit, non se vult amari & desiderari propter se, sed propter aliud, & sic se non vult amari, sed aliud; quod cogitare nefas est; nihil ergo verius quam quod omnis anima rationalis, si quemadmodum debeat, studeat amando desiderare summam beatitudinem, aliquando illam ad frumentum percipiat, ut quod nunc videt quasi per speculum & in enigma, tunc videat facie ad faciem: verum ea sine fine fruatur, dubitate stultissimum est, quoniam illa fruens nec amore torqueri poterit, nec fallaci securitate decipi. Hunc & concorditer Augustinus in Lententius Propterea 20. Hoc, inquit, affectu colendum est Deus, ut sui cultus ipse sit merces. Nam qui Deum colit ideo, ut alium magis quam ipsum promereatur, non Deum colit, sed id quod subsequi concupiscit. Boetius etiam vbi prius, Quoniam, inquit, beatitudinis adceptione sunt homines beati, beatitudo vero est ipsa diuinitas, diuinitatis adceptione beatos fieri manifestum est: sed ut iustitiae adceptione iusti, sapientiae sapientes sunt; ita diuinitatem adeptos Deos fieri simili ratione necesse est; omnis igitur beatus Deus, sed natura quidem unus, participatione vero nihil prohibet quamplurimos esse. Et infra ostendit, quod illa diversa videntur in beatitudine contineri, puto sufficientia, potentia, reverentia, claritas, voluptas, & cetera talia sunt unus & idem; & hinc bona omnia sita esse in substantia summi boni, in substantia ipsa Dei. Cui & concorditer Augustinus super illud Psalmi 84. Salutare tuum da nobis, per salutare Christum intelligens: Iam, inquit, dedit nobis Christum suum; adhuc illi tamen dicamus, Da nobis Christum tuum, quia dicimus illi, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et quis est panis noster, nisi ipse qui dixit, Ego sum panis viuus qui de Cœlo descendit? Dicamus illi, Da nobis Christum tuum. Dedit enim nobis Christum, sed hominem, quem nouimus; quem nobis dedit hominem, cum ipsum nobis datus est Deum. Hominibus enim hominem dedit, quia talem dedit illum hominibus, qualis caper ab hominibus; Deum enim Christum nullus hominum capere poterat. Factus est hominibus homo, seruavit se Deum Dijis. An forte arroganter dixi? Reuera arroganter, nisi ipse dixisset, Ego dixi, Dij esisti, & filii excelsi omnes. Qui & super illud Psalmi 35. Inebriabuntur ab ubertate domus tuae; Cum, inquit, accepta fuerit illa ineffabilis letitia, per quodammodo humana mens, & fit divisa, & inebriatur ab ubertate domus Dei. Etenim tuper illud, quoniam apud te est fons vita, &c. Hic, inquit, aliud est fons, aliud lumen; ibi non ita: quod enim est fons, hoc est & lumen, & quicquid vis illud vocas, quia non est quod vocas, quia non potes congruum nomen inuenire. Non remanet in uno nomine, si dices, quia lumen est solum, dicetetur tibi sine causa ergo mihi dictum est ut elutiam & sitiam: quis enim est qui manducet lumen illud? Planè recte mihi dictum est, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, *Augustinus.* Si lumen est, oculos meos patem; para & fauces, quia illud quod lumen est, & fons est; fons qui satiat sicutientes, lumen quod illuminat cœcos. Qui & super Iohann. parte 2. homil. 45. seu 99. totius, tractans illud Iohann. 15: quod Dominus de Spiritu Sancto dixit; Non enim loqueretur a semetipso, sed quæcumque audierit loqueretur; in illa, inquit, incorpoream immutabilem naturam audire & videre id ipsum est. Cum enim dicitur scire, ibi sunt omnia, & videre, & audire, & perficere, & gustare, & tangere. Nec mitteris quodammodo ineffabilis Dei scientia, quia non uit omnia, per varios humanæ locutionis modos omnium istorum corporalium sensuum nominibus nuncupatur, cum & ipsa mens nostra, hoc est, homo interior, cui unicoloriter scientia per hos quinque velut intus corporis diuersa nuntiantur, quando immutabilem veritatem intelligit, eligit, diligit, & lumen videt, de quo dicitur, Erit lumen verum, & verbum audit, de quo dicitur, In principio erat Verbum, & odorem capit, de quo dicitur, Post odorem invenientrum tuorum currimus, & fontem bibit, de quo dicitur, Apud te fons vita, & tactu fruatur, de quo dicitur, Mithi autem adhærere Deo bonum est, nec aliud atque aliud, sed una intelligentia

intelligentia tot sensuum nominibus nuncupatur. Quod & testantur verba Hugonis superius Arecitata. Qui igitur contrarium huius astreue fatigant, nuntiant priuare beatos ne deam perfectione visus, & auditus, verum & omnium sensuum, omniumque potentiarum spiritualium mentis corum, maxima quoque suauitate, summisque delicijs illius magno ex ea, illius coelectis coquuij beatis omnibus preparati: Conantur insuper, sicut dispensatores tenaces, contrabere magum Domini liberaler, & eius infinitam potentiam decurtare, ac magis sufficiente eius abundantiam infinitam sub modo ponere, & sub mensura parvula coarctare. Quis etiam, ne limen Theologicæ disciplinae vel parum ingressus, illam communem distinctionem de cognitione matutina & vespertina, sive diurna & nocturna ignoret? Et quod cognitione matutina est cognitione rerum in verbo, cognitione vespertina cognitione rerum in proprio genere: Hæc enim distinctio apud Doctores arte discipulos tam communis habetur, quod fundatione vix egat; verum tamen ex abundanti ecce beatus Augustinus, qui, super Gen. ad literam 27. & post, diffusæ atque perspicue ipsam tradit, dicitque Angelos cognoscunt res faciendas in verbo, & factas in proprio genere, & primaria cognitionem vocat mane & dicim; secundam vespertinam atque noctem propter excellentiam claritatis huius super illam: vbi & 29. sicut, Multum quippe interest inter cognitionem: rei alicuius in verbo Dei, & cognitionem eius in natura eius, ut illud in merito ad diem pertineat, hoc ad vespertinam. In comparatione enim lucis illius, qui in verbo Dei conspicitur, omnis cognitione, qua creaturam quamlibet in semetipsa nouimus, non immensè nox potest dici, quod rursus tantum differt ab errore & ignorantia eorum, qui nec ipsam creaturam sciunt, ut in eius comparatione non incongrue dicatur dies; qui tamen dies, nisi rursus in comparatione illius dici potest, quo coequalis Angelis facti Deum videbimus sicuti est, ipse quoque nox esset, non hic propheticæ lucernæ indigeremus. Vnde Apostolus Petrus dicit, Habemus certiori propheticæ sermonem, cui bene facitis attentes sicut lucernæ in obscuro loco, donec dies luciferat & lucifer orietur in cordibus vestris. Quapropter cum sancti Angeli, quibus post resurrectionem coequalibimur, si viam quæ nobis Christus factus est usque in finem tenuerimus, semper videndam faciem Dei, verboque eius unigenito filio, sicut Pater & qualis est, perfruuntur, in quibus prima omnium creatarum est sapientia, proculdubio vniuersam creaturam, in qua ipsi sunt principaliter conditi, in ipso verbo Dei prius nouerat, in quo sunt omnia etiam quæ temporaliter factæ sunt æternæ rationes tanquam in eo per quod facta sunt omnia; ac deinde in ipsa creatura, quam sic nouerunt, tanquam infra despicientes, eamque referentes ad illius laudem, in cuius incommutabilis veritas rationes secundum quæ facta est principaliter, vident. Et infra 32. sic scribit, Nec quisquam arbitretur illud, quod dixi de luce spirituali, & de condito die in spirituali & Angelica creatura, & de contemplatione quam habet in verbo Dei, & de cognitione, quæ in seipso creatura cognoscitur eiusque relatione ad laudem incommutabilis veritatis, vbi prius ratio videbar rei facientur quæ cognita est facta, non iam propriæ, sed quasi figuratae atque allegoricæ conuenire ad intelligentiam diem & vespertinam & mane, sed altera quidem quæ in hac consuetudine quotidiana lucis huius corporalis, non tamen tanquam hic proprie, ibi figuratae: vbi enim melior & certior, ibi posterior etiam dies: cur ergo non etiam posterior vespere, & verius mane? Et infra 35. Mens Angelica, pura charitate inhaerens verbo Dei, posteaquam illo ordine creata est, ut præcederet cetera, prius ea vidit in Dei verbo facienda quæ facta sunt, ac sic prius in eius fiebant cognitione, cum Deus dicebat ut fierent, quæ in sua propria natura; quæ itidem facta in eis ipsis etiam cognovit minore utique notitia, quæ vespere dicta est. Prædictam quoque sententiam autoritates quam plurimæ contestantur. Nonne hoc videtur sentire ille Auerroes super 12. Metaphys. comment. 18. cum sic dicit, Nos iam perscrutari sumus de istis duabus opinionibus in libro de Anima, & diximus quod intelligentia agens est quasi forma in intellectu materiali, & quod ipsa agit intellecta, & recipit ea secundum intellectum materialem, & quod intellectus materialis non est generabilis & corruptibilis, & declarauimus illuc quod hæc est sententia Aristotelis, & quod intellectus in habitu haberet partem generabilem & partem corruptibilem; illud autem quod corruptitur est actio eius, in se autem non corruptitur, & quod ab iuriuoso intrat nos; & si actio illius intellectus secundum quod copulatur cum intellectu materiali esset non generabilis, tunc actio eius esset substantia eius, & non haberet necessitatem in hac actione ut copularetur cum intellectu materiali, sed cum facit copulatum cum intellectu materiali per actionem, est actio eius secundum quod copulatur cum eo actio alia à substantia eius, & fuit illud quod agit, substantia, & est alij non sibi; & ideo possibile est ut aliquid æternum intelligatur aliquod generabile & corruptibile. Si igitur intellectus deundetur apud perfectionem humanaam à potentia, necesse est ut destruantur ab eo hæc actio quæ est alia ab eo, & tunc aut non intelligemus

A intelligentius omnino per huic intellectum, aut intelligentius secundum qd. actio eius est substantia eius. & impossibile est ut in aliqua hora non intelligamus per ipsum; relinqueretur ergo, cum iste intellectus fuerit denudatus à potentia, ut intelligamus per ipsum secundum quod actio est substantia eius, & est ultima propteritatis. Philoponus quoque 12. Met. 38. descripsit. quod alij quoniam primo rerum principio, sic concludit; ex tali ergo principio dependet coelum & natura. Deductio enim qualis optima parvo tempore nobis; sic enim semper illud est. leper quod Averroes. Ez hoc, jaquit, appetat bene qd. fortuna hominū eo qd. Auerroes. sunt homines non est nisi per continuationē eorum cum intellectu, quæ declaratum est in lib. de Anima esse principiū agens & mouens nos. Intelligentia enim abstracta debet esse principia eorum quorū sunt principia duobus modis, secundū qd. sunt mouentes, & secundū quod huius. Intelligentia enim agens in quantum est abilitas & principium nobis, necesse est ut moueat nos secundum quod amatum amans, & si omnis motus necesse est ut continuetur cum eo à B quo sit secundum finem, necesse est ut in postrem continuetur cum hoc intellectu at fratre, ita quod erimus dependentes à tali principio à quo Coelum dependet, quamvis hoc sit in nobis modico tempore, sicut dixit Aristoteles: Aristoteles enim & Averroes ponunt talitatem esse possibilem homini in vita presenti, & hoc parvo tempore prope fieri. Nescire hoc Dominus ipse docet, cum dicit, Si quis tu es inter vos Prophetæ Domini, in visione capitulo parrabo illi, vel per somnum loquar ad illum? At non talis seruus meus Moles, qui in omni domo mea fidelis est: Ora enim ad os loquar ei, & palam, non per enigmata & figuram, Deum vides, Numer. 12. & alibi Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, Matth. 18. Nōne Euangelista eius Marcus hoc docet cum dicit, Quo statim cognito, Iesus in Spiritu Sancto ille quia sic cogitarent intra se, dicit illis & reliqua Marc. 2. Si ergo Iesus in Spiritu Sancto ille quia sic cogitarent, cur non & alii? Nonne Apostolus eius Paulus hoc docet cum dicit, Veniam ad visiones & revelationes Domini? Scio hominem in Christo ante annos: 4. sive in corpore, C sive extra corpus, nescio, Deus scit, rapsum huiusmodi vixque ad Coelum tecum: & infra, quoniam raptus est in paradisum, & audiunt arcana verba. Cor. 12. Nonne ista & multa similia insinuant sententiam prælibaram? Audi beatum Augustinum 12. super Gen. ad literam disputantem de raptu Pauli, & de tertio Coelo, intelligentemque per tres Coelos tria genera visionum, visionem scilicet corporalem, spiritualem, & intellectualem, ille ponendoque differunt inter istas, quod in visione corporali & spirituali potest esse fallacia, in intellectuali nequam; vbi & post quam 49. ostendit modum tallacæ tam in visione corporali quam spirituali 50. consequenter subiungit, At vero in illis intellectualibus visis non fallitur anima: Aut enim intelligit, & verum est; aut si verum non est, non intelligit. Et infra 52. innuens duplicum modum raptus, vnum à sensibus corporis ad similitudines corporum & visionem spiritualem, alterum à similitudinibus talibus & à visione spirituali ad visionem intellectualem, sic ait: Porro si quemadmodum aliquis raptus est à sensibus corporis, ut esset in ipsis sicut audierat in monte, neque sicut videbat in tabernaculo, sed in ea substantia qua Deus est, nulla assumpta corporaliter eatura; que mortalis carnis sensibus praesentetur, nec in spiritu, nūlia assumpta corporaliter eatura; sed per speciem suam, quantum eam capere creñi figuratio similitudinibus corporum, sed per speciem suam, quantum eam capere creatura rationalis & intellectualis potest reuocata ab omni corporis sensu, ab omni significatione enigmatis spiritus: Sic enim scriptum est, Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi temeritatem manifeste ut videam te, cum paulo superior legatur. Et locutus est Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut loquitur amicus ad amicum suum. Sententia est Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut loquitur amicus ad amicum suum. Nam & paulo post cum dixisset ergo quid videbat, & quod non videbat considerabat. Nam & paulo post cum dixisset ei, ei Deus, invenisti enim gratiam in conspectu meo, & scio te præ omnibus respondit ei, Ostende

Osteude mihi claritatem tuam; & tunc quidem responsum accepit à Domino figuratum, de A quo longum est dispartare, quando ei dixit, Non poteris videre faciem meam & vivere: non enim videbit homo faciem meam, & vivere. Nisi tamen concupitam & desideratam Dei claritatem: Moses videre meruisset, non in libro Numerorum diceret Deus, ad Aaron & Miriam fratres eius, Audite verba mea, si fuerit Propheta inter vos, in visione illi Dominus cognoscar, & in somnis loqueretur illi: non ita quoquo modo famulus meus Moses in terra domo mea fidelis est; os ad os loquar ad illum, in specie, & non per ænigmata, & claritatem Domini videt. Neque enim hoc secundum substantiam corporis, quæ carnis sensibus præsentatur, intelligendum est. Et sequitur 54. Illo ergo modo in illa specie qua Deus est, longe ineffabiliter se-cretus & praetextus loquitur locutione ineffabilis, vbi cum nemo videns vivet vita ista, quia mortaliter vivit in istis sensibus corporis, sed nisi ab hac vita quisque quodammodo moriatur, sive omnino exiens de corpore, sive ita auersus & abalienatus à carnalibus sensibus, ut meritio nesciat, sicut Apostolus ait, vitram in corpore an extra corpus sit, cum in illam rapitur. B & subueniet visionem. Et sequitur 55. Quapropter si hoc tertium visionis genus, quod superius est in omni visione corporali & spirituali, tertium cœlum appellatur. Apostolus, In hoc videtur claritas Dei, cui videnda corda mundantur: unde dictum est, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, non per aliquam corporaliter vel spiritualiter figuratum significacionem, tanquam per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem, quod de Moïse dictum est, os ad os, per speciem scilicet qua Deus est quicquid est, quantumcumque cum mens, quæ non est quod ipse, etiam ab omni terrena labe mundata, ab omni corpore & similitudine corporis alienata & arrepta capere potest: à quo, id est, Deo, peregrinamus mortaliter & corruptibili- onem gravatai, quamdiu per fidem ambulamus, non per speciem. Curaeum non credamus, quod tanto Apostoli Doctori gentium rapto usque ad istam excelsissimam visionem voluerit Deus demonstrare vitam, in qua post hanc vitam videndum est in æternum. Et cur non dicatur iste Paradisus, excepto illo, in quo corporaliter vixit Adam? Qui & 8. super Gen. C ad literam 34. Certe simus, inquit, tenere debemus Deum aut per suam substantiam loqui, aut per sibi subditam creaturam: sed per substantiam suam non loqui, nisi ad creatandas omnes na- turas; ad spirituales vero & intellectuales non solum creatandas, sed etiam illuminandas, cum iam possint capere locutionem eius, qualis est in verbo eius, quod, In principio erat apud Deum, & Deus erat Verbum per quod facta sunt omnia; Illis autem, qui eam capere non possint, cum loquitur Deus, non nisi per creaturam loquitur, aut tantummodo spiritualem, sive in somnis, sive in extasi, in similitudine rerum corporalium, aut etiam per ipsum corpora- lem, dum sensibus corporis vel aliqua species appareret, vel insonant voces. Et 10. de Civit. Dei 14. sic inquit, Diuina prouidentia placuit ordinare temporum cursum, ut lex in edictis Angelorum daretur de viuis veri Dei cultu; in quibus & persona ipsius Dei non quidem per suam substantiam, quæ semper corruptibilis oculus inuisibilis permanet, sed certis indicijs per subiectam Creatori creaturam visibiliter appareret, & syllabatim petraventur tempora- rum motus humanæ lingua vocibus loqueretur, quæ in sua natura non corporaliter, sed spiritualiter, non sensibiliter, sed intelligibiliter, non temporaliiter, sed ut ita dicamus, æternali- ter nec incipit loqui nec desinit, quod apud illum sincerius audiunt non corporis aures, sed mentis ministeri eius & nostrarum, qui eius veritate incommutabiliter fruuntur immortaliter be- ati. Gregorius etiam 28. Moral. 2. Scendum, inquit, quod duobus modis locutio diuina distinguitur: Autenim per scipulum Dominus loquitur; aut per creaturam Angelicam eius ad nos verba formantur. Et infra 3. Quia, inquit, auditus ea, quæ ad se hunc, non simul omnia, quæ ad se dicit, comprehendit; quippe qui & cauas per verba, & particulatum verba per syllabas percipit; vobis autem noster in eo quod se dirigit totum subito, & si- mul apprehendit: Dei locutio ad nos intinsecus facta videtur potius quam auditur, quia dum leme ipsum sine mora sermonis insinuat, repentina luce nostræ ignorantiae tene- bras illustrat: Vnde & Baruc Nerio filius cum requisitus exponet, quoniammodum E- verba Ieremia prophetans audiret, ait: Ex ore suo loquebarum quasi legens, & ego scribebam: Qui enim legens loquitur, alio intendit, sed alio verbum facit; quia quod videt dicit: Propheta ergo Dei, quia eius verba videtur potius in corde, quam audiunt; quasi legens loquitur: cum verbo per Angelum voluntatem suam Dominus indicit, aliquando eam verbis, aliquando rebus demonstrat, aliquando simul verbis & re- bus, aliquando imaginibus cordis oculis ostensis, aliquando imaginibus & ante corporeos oculos ad tempus ex aere sumptis, aliquando cœlestibus substantijs, aliquando terrenis, ali- quando simul terrenis & cœlestibus, non nunquam vero etiam per Angelum humanis cordibus

Gregorius.

II verbum

A ita loquitur Deus, ut ipse quoque Angelus mentis obtutibus præsentetur. Qui & 18. Moral. Gregorius. 33. super illud Job. 28. Vnde ergo sapientia venit, & quis est locus intelligentia? Abscondita est ab oculis omnium viventium. Quamdiu, inquit, hic mortaliter vivitur, videri per qual- dam imagines Deus potest, sed per ipsam naturam sive speciem non potest, ut anima gratiaspi- ritus afflata per figuram quasdam Deum videat, sed per ipsam vim eius essentia non perringat. Hinc est enim quod Jacob, qui Deum se vidisse testatur, non nisi Angelum vidit; Hinc est quod Moses, qui cum Deo facie ad faciem loquitur, sicut loquitur homo cum amico suo, ei in ipsis verbis sua locutionis dicit: Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi: tem- ipsum manifeste ut videam te. Certè enim si Deus non erat cum quo loquebatur; ostende mihi Deum diceret, & non ostende temet ipsum; Si autem Deus erat cum quo facie ad faciem loquebatur, cur se petebat videre quem videbat? Sed ex hac eius petitione colligitur quia cum stiebat per circumscriptam naturam sua claritatem certare, quem iam cœperat per qual- dam imagines videre, ut sic supererna essentia mentis tuis oculis adesset, quatenus ei ad æterni- tatis visionem nulla imago creata temporaliter interesset. Et infra 34. Scendum, inquit, est Gregorius. quod fuerit nonnulli qui Deum dicerent euam in illa regione beatitudinis in claritate quadam sua conspicui, sed in natura minime videri; quos nimis minor inquisitionis subtilitas felicit: neque enim illi simplici & incommutabilis essentia aliud est claritas, aliud natura, sed ipsa ei natura sua claritas, ipsa claritas natura est: quia enim suis dilectoribus haec Dei sapientia se quandoque ostenderet, ipse pollicetur dicens, Qui diliger me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo mihi ipsum illi, ac si patetet dicas: qui in vestra me cernit, reficit ut in mea me natura videntis. Hoc rursus ait, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum vi- debunt: II unde Paulus dicit, nunc videamus per speculum in ænigmate, tunc autem facie d[omi]ni hinc. faciem; nunc cognoscimus ex parte, tunc cognoscere, sicut & cognitus sum. Et supra eodem, Gregorius. Viderunt, inquit, Patres testamenti veteris Dominum, & tamen, iuxta Iohannis vocem, C Deum nemo vidit inquam, & iuxta beati Job sententiam, Sapientia que Deus est, abscondita est ab oculis omnium viventium, quia in hac mortali carne consistenter; & videri potuit per quasdam circumscriptas imagines, & videri non potuit per circumscriptum lumen æterni- tatis. Sin vero à quibusdam potest in hac adhuc corruptibili carne viventibus, sed tamen inæ- stimabili virtute crescentibus quodam contemplationis acuminis eterna Dei claritas videri, hoc quoque à beati Job sententia non abhorret, qui ait, Abscondita est ab oculis omnium vi- uentium; quoniam quisquis sapientiam, que Deus est, viderit, huius vite funditus moritur, ne iam eius amore teneatur; nullus quippe eam videret qui adhuc carnaliter vivit, quia nemo po- test amplecti Deum simul & saeculum. Qui enim videt Deum, eo ipso moritur, quo vel intentione cordis vel effectu operis ab huius vita delectationibus tota mente separatur: Vnde ad cendem quoque Mose dicitur: Non enim videbit me homo, & vivet. Eandem quoque sententiam videntur & omnes Doctores Catholicci concorditer attestari, & fides Ecclesie D generalis.

Recitat diuersos modos secundum diuersos videndi in verbo, obiect- que & soluit.



E

Stenso siquidem quod vera complexa possuot reuelari creaturæ rationali in verbo, & in essentia ipsa Dei, restat consequenter in- quirere de modo reuelationis ihesu: quoniamodo scilicet talis ibi valeant reuelari. Pro quo faciliter cognoscendo primus inqui- rendus videtur quoniamodo incomplexa reuelantur in verbo & Dei essentia creature, & sic ad complexa procedendum vic- tius ordinatè: In his nempe & in illis diuersi modi à diuersis di- Primus uersimodè asiguratur. Aliqui namq[ue] primit quod in omnibus modis. huiusmodi reuelatis & vits verbis Dei supplet vicem tam habitus quam actus creati, & sit tam habitus quam actus creature vi- denitis. Alij estimant quod verbum in omnibus huiusmodi sup- Secundus, pleat vicem speciei sive habitus, & non actus, immo quod creature per actum videndi creatum videat,

Viu 2

1^o. Modus primus. videat, quod verbum velut species, habitus, seu idea ei presentat; & hi vterius tripliciter A sunt diuersi. Hi tamque ponunt quod creatura videt distincte singula sua incompleta siue complexa que videt in verbo, per unicum actum creatum beatitudinem supernaturalem singula distincte, & immediate supernaturaliter presentantem. Illi vero, quod per unum actum creatum omnia omnia complexe que videt. Illi autem, quod videt singula incompleta atque complexa que videt in verbo per actus creatos singulos & distinctos, visis singulis respondentes. Huius autem secte tripartite quilibet via in duas semitas bipartitur, quantum ad numerum visibilium seu visorum; Hi namque ponent creatoram posse simul videte in verbo infinita distincte, illi vero tantum finita. Adhuc autem tamen vterius divisionem vterius prosequendo, Alij opinantur quod verbum non supplet vicem speciei habitus, neque actus, sed quod quicquid incompleta sua complexum creatura videat in verbo, videt per speciem, habitum acque actum creatum seu creature; per speciem, inquam, seu habitum mediantem inter verbum & actum videndi; & tamen quod haec dicuntur videri in verbo, sicut via materialia dicuntur videri in Sole seu luce materiali; quia videlicet verbum velut quidam Sol & lux spiritualis ista illuminat, & disponit, ut valeant sic videri: & hi triplicem sectam habent ex parte huiusmodi habitus, sicut & priores ex parte actus habebant. Quidam enim affirman, quod per unicum habitum omnia incompleta & complexa ibi via videntur: Alij quod incompleta per unum & complexa per alium: Aliqui quod singula via incompleta atque complexa per habitus singulos proprios & distinctos. Vterius autem hi omnes bifidam partitum per infinitam & finitam quantum ad multitudinem visibilium seu visorum, sicut & priores, qui & omnes de actibus correspondentibus habitibus opinantur. Amplius autem sunt & alii mediantes qui dicunt, quod omnia incompleta que videntur in verbo, videntur per insinuatum verbum, nulla creatura, nulla specie, habitu, seu actu mediantre, sicut opilio prima dicit, sed quicunque complexa per creataram aliquam mediantem; & hi vtpriores tripliciter separantur: Adiuuautem prater istos mediatores, sunt & ali qui inter posteriores lectas fatigant mediatorem, dicentes quod omnia incompleta, quae videntur in verbo, videntur per actum creatum medium inter creaturam videntem & verbum, non tam per aliquem habitum aut speciem mediantem, sed ipsum verbum omnis huiusmodi speciei & habitus vicem suppler; complexa autem, quae ibi videntur, dicunt videri mediante tam habitu quam actu creato: habitu, inquam, creato mediante inter verbum & actum videndi, & actu creato mediante inter huiusmodi habitum & videntem, & utroque mediante inter videntem & verbum. Qui insuper omnes, sicut priores, possunt dupliciter diuidi quantum ad numerum visorum: in verbo, per infinita videnter & finita. Quis autem horum modorum sit vtor, & Philosophicae ac Theologicae discipline concinnior, studiorum diligenter inquirendum telingo: hoc enim fortassis isto loco impertinet, vel operiosius proposito aliquibus videretur, & quia ad alia pro D pero via cœpta. Primo tamen tangam hic breueriter aduersantium rationes: inter omnes autem rationes corum duas sunt quibus potissimum innituntur: una per distinctionem, alia per necessitatatem procedens. Prima est talis: Si creatura distincta videret in verbo Antichristum fore, aut quod Antichristus contrarius erit Christo, sive quodcumque tale verum complexum distincte videret extrema talis propositionis seu veri complexi, & non per eundem actum, quia per eundem actum præcise nequaquam distinguenter aut discerneretur inter illa, ille quoque actus esset purè & equivocus, & eadem propositio vera & falsa, cum inconvenientijs alijs quas consequenter ex istis facie est videre. Secunda ratio corum est talis: Si quicquam futurum contingens reuelaretur creatura in verbo illud necessario eueneret, quod arguant per huiusmodi rationes, cuiusmodi contra responsiones priores superiora capitula adducebant. Prima autem ratio non procedit. Sic enim possent arguere, quod Pater non posset in verbo aut in esse sentia sua talia vera complexa videre, neque Filio aut Sancto Spiritui reuelare, contra sextum E & septimum, decimum octavum, & decimum nonum primi, ac tricesimum, quartum huius: Deus etiam ex unissimâ & simplicissimâ sed infinitissimâ sua virtute disinctissime cuncte vident, sicut ex septimo primo patet; Cur ergo secundum proximo huius praemissa, si velit misericorditer, omnipotenter, licet ineffabiliter accommodare oculum sua: virtutis creatura disposita, non potest & ipsa videre similiter quoquomodo, non virtute propria sed divina? Nonne etiam creaturæ sciens aut credens in proprio genere quodcumq; verū complexū, quācunque propositionem extrema quantūcumq; diversa habentē, per unū simplicē actum sciendi aut credendi hoc facit? Cur ergo non potest similiter per unum actum simplicem videre in verbo quodcumque verum complexum, præsertim cum verbum incomparabiliter simplius exprimat quodcumq; verum complexum quam aliqua propositio, quam aliquis habitus, quam

A quam aliqua creatura? Secunda similiter ratio non concludit. Si enim quia futurum contingens reueleretur creatura in verbo, ideo de necessitate eueneret, cur non similiter quia Filio & Spiritui Sancto in verbo & Dei essentiâ reuelatur, sicut patet ex tricesimo quarto huius? Dicent fortassis, quia reuelatio facta filio potest non esse & non fuisse ei facta, creatura autem nequaquam. Sed si reuelatio de futuro contingentis facta filio, re existente futura, potest non esse nec unquam fuisse ei facta; potest similiter & te existente praesente, in praeteritum translatissima; aut si tunc non potest aut poterit, nec unquam hoc potuit, aut nunc potest, sicut potest patere ex tricesimo & tricesimo primo huius. Si etiam ex reuelatione creatura in verbis sequatur necessitas reuelati, cur non ex reuelatione in proprio genere similiter consequetur? Modos autem videnti in verbo præmissos quanquam tanta levitate transcurrerim, non noceat ipso saltem breviter tercigisse. Et licet quicquam modum videnti in verbo nequaquam statim possit videre ad plenum, non ideo statim resiliat tanquam incredulus visioni: multa namque mirabilia viderimus & scimus certissime, multa quoque certissima fide tenemus, quorū modum in cœcitate præsenti perfectè comprehendere non valamus: comprehendemus autem perfectè tam rem quam modum cum evacuato quod ex parte est, venerit quod perfectum est, cum cognoverimus, sicut & cogitari sumus, cum viderint facie ad faciem, sicut est verissime ipsum verbum, candorem lucis æternæ, speculum sine macula maiestatis diuinæ, & imaginem bonitatis illius, in qua omnes res & modi perfectissime demonstrantur.

C

CAP. XLII.

Reducit adhuc opinionem tricesimam tertiam & eius hypothesin per viam reuelationis in proprio genere; & primo de Domino Iesu Christo, & recitat unam reffensionem dicentem, quod Christus potuit decipi, & refellit.




Eesta siquidem infirmitate principalis hypothesis per viam reuelationis in verbo, restat eam detegere per viam reuelationis in proprio genere consequenter; & primo in Domino Iesu Christo, deinde in pueris creaturis, Angelis & hominibus seruis suis. Ponatur igitur fuisse distincte reuelatum Christo in proprio genere, A. futurum, puta salutatio Pauli adhuc superstitiis viatoris, & quod ipse eam similiter creditat, & secundum hypothesis, possibile est Paulum non salutari; ergo & possibile est hoc non fuisse reuelatum Christo, nec ipsum hoc credidisse: nam necessario sequitur, Paulus non salutabitur, ergo hoc nunquam fuisse reuelatum nec credidit a Christo; & antecedens est possibile secundum hypothesis, ergo & consequens, quod hypothesis tamen negat. Vel arguarut è contra, Necesse est hoc fuisse reuelatum Christo, creditumque ab eo; ergo necesse est Paulum salutari: nam necessario sequitur, hoc fuisse reuelatum; Christo & creditum ab eo, ergo erit; si non sit, nec fuit; & antecedens est necessarium, ergo & consequens. Hic autem tripliciter respondetur. Nam quidam dicunt quod necesse est Christum ratione propositionem in proprio genere receperisse, Paulus salutabatur; sed non est necesse ipsam fuisse reuelationem, seu reuelatum, quia non est necesse ipsam fuisse veram, immo possibile est ipsam fuisse falsam. Et si arguarerit vterius, & necesse est Christum hoc credidisse, ergo possibile est Christum credidisse salutem & fuisse deceptum; Certe & hoc consequenter respondendo concederem non verentur. Mirum est tamen quia fronte aliquis Christianus hoc præsumet concedere de Deo, & Domino suo Christo, cum nullus Inditus, Agnatus, vel Gensis quiscumq; tantum itinerentiam seblasthemiam potius audeat facere Deo fac. Quis enim vellet talē Dei habere, quem quilibet stultus & miser facilime posset decipere postea die? Sicutiam Christus posset decipi & errare, esset possibile quod summa veritas esset falsa,

Filia, & summa sapientia falleretur. Et si quis adhuc responderet presumat, quod in Christo sunt duas naturas, diuina scilicet & humana, & quod secundum diuinam non potest decipi veletrare, sed secundum humanam; ponatur ergo eum sic decipi, false credendo A. esse B. tunc Christus credit in particulari & in actu A. esse B. & sicutiter credit & scit verum A. esse B. quia Christus est Deus, quia omnia vera vere scit in particulari & in actu, ut sextum & septimum primi docent; ergo Christus in particulari & in actu sub propriissima forma sua ambo contradictoria simul credit, quod est impossibile manifestum: Quomodo namque potest quis certissime credere in particulari & in actu sub propriissima forma sua aliquid esse verum, quod eisdem modis sic certissime esse falso? Quare & Philosophus 2. Prior. (illo capitulo. Accidit autem quandoque) determinans de talio opinionis, de possibili & impossibili, ostendit quod aliquis potest opinari simul opposita, unum scilicet in universalis, & aliud in particulari; unum in actu, aliud non in actu; unum in propria forma, aliud vero extra; In particulari autem & in actu, & in forma propria nullo modo. Item si sic posset quis, B. ut Christus scire al quam consequiam esse bonam, & credere antecedens in particulari, & in actu sub forma propria sua, & non tamen credere consequens, ita scire certissime modis dictis consequens esse falso, quod logicam totam infusat & infirmat: & est contra Philosophum vbi prius. Posset namque Christum secundum intellectum eius humanum falso credere A. est verum, & per sextum primi ipse credit & scit certissime A. est non verum, & scit istam consequiam esse bonam, A. est verum, & A. est non verum; ergo non verum est verum, vel ergo idem est verum & non verum, & credit totum antecedens quia vitramque partem eius, & non credit istud consequens vlo modo; ita secundum vitramque eius naturam scit certissime illud consequens esse falso. Imo & necessario sequitur Christum secundum eandem naturam, humanam videlicet, posse credere simul contradictoria, & consequentiam, ac antecedens cum opposito consequentis. Nam si secundum animam credit falso in proprio genere, simul secundum eandem credit seu scit verum oppositum in verbo, ma- C. xime de re ipsum specialiter concerne; vel falsum de omnipotencia Dei hoc potest, sicut præhabita quadragesimo huius docent. Hoc etiam nedium sequitur esse verum in Christo Deo, & homine, verum etiam in simplici homine, credendo videlicet in proprio genere unum falso, & videndo in verbo verum oppositum sicut Christus. Secundum istud simili- ter posset homo per demonstrationem mathematicam scire unum, & per apparentiam sensitivam, seu per aliquod argumentum probabile credere simul oppositum, purus solem vel stellam esse maiorem terra atque munorem. Item si Christus potuit decipi & errare, potuit false & erronee prædicasse, & similiter docuisse, fuisse pseudo-Propheta, & pseudo-Christus, etiam Antichristus, quod qui concesserit, totam fidem Catholicam hascitio ac suspicione nimia fermentabit, qui & pro pseudo-Christiano merito conuinceretur, & pro discipulo Antichristi. Item si hoc esset possibile, esset possibile consequenter Christum instituisse fallaciter omnia Ecclesiastica Sacra menta, ipsaque semper fuisse delusoria, acc efficaciam habuisse; quare & V. homines per illa nuncquam fuisse salvatos, sed semper damnatos, sicut tricessimum quintum huius plenius arguerat. Item qui hoc præsumunt concedere, velant cum Iudeis faciem Christi, sicutem interiorem scilicet intellectum, velo ignorare, & percutiant caput eius, eundem scilicet iudicium, seu etiam verbum Dei, naturam eius diuinam lingua blasphemare dicentes ipsum posse decipi & errare, & per consequens, approbantes illud experimentum illorum iudiciorum, Christum iam velatum percutientem, atque dicentem, Propheta- za nobis Christe, quis es qui te percussit? Nam si potuit credere falso aliquod esse verum, cur non potuit credidisse ipsum qui percussit nullatenus perculsi, & etiam è contra, oculis eius iam perfectè velatis? Quod si falso, eroneè diuinando, dixisset, Ille me percussit, & iste non percussit; quanto Iudeorum ridiculo meritò patuerit? Quam certam experientiam ha- bussent ipsum non fuisse Messiam? Item ponatur Christum iam velatum atque percuti- ertoneè credidisse, quod A. cum percussit; vel potuit Christus hoc assertive dixisse, vel non: E. si potuit, ponatur; vel ergo mentiebatur proprie, quando scilicet contra mentem, sic dicendo, vel non: Si mentiebatur proprie, hoc est contra prius ostensa, tricessimo secundi, & etiam tantum dixit conformiter menti suæ; Si non; contra assertuit falso scilicet; ut patet per sextum primi; Si non potuit hoc assertendo dixisse, tunc non potuit assertere quod credit esse verum, etiam si iuxta illam credulitatem illud assertere voluisse; etiam, si non potuit illud assertere, potuit assertere eius oppositum, quod si fecisset, assertuisset contra mentem, & mentitus fuisset. Item secundum Philosopher 1. & 7. Mer. actus & operaciones sunt singulatum, & suppositorum: Christus autem fuit suppositorius tantum suppositione diuina, scil. verbi Dei, sicut ostendit Petrus 3. sent. dist. 5. per testimonia satis firmia. Si ergo Christus

A Christus secundum naturam suam humanam errasset, eorum illud suppositum Filius Dei Deus errasset, sive summa lux obtemperaretur, summa sapientia infatuaretur, & summa veritatis fuisse; & hac est virtualiter ratio Damasceni per quam ostendit in anima Christi non fuisse consilium, electionem, neque ignorantiam aliquius, sicut tricesimum secundi ples- nius allegavit. Anselmus 2. Cur Deus homo 13. ostendit, Christum secundum naturam suam humanam non habere ignorantiam aliquius multiplici ratione, tum quia ignorantia ad nihil est utilis, tum quia non posset ranta opera facere sine immensa sapientia, tum quia homines non credentes ibi, si scirent eum necrum, tum quia omne bonum amat, quare & cognoscit; & quia bonum nemo perfectè nouerit, nisi qui illud à malo scit discernere, & hanc discretionem nullus scit facere qui malum ignorat, sicut omne bonum perfectè sciet, ita nullum malum ignorabit. Si igitur secundum istos, ignorantia non fuit possibilis in Christo secundum naturam suam humanam, multo magis neque decepio, neque fallacia, neque error. B Petrus etiam 3. sentent. dist. 13. & 14. ostendit Christum secundum animam cuncta scire, ad quod similiter ostendendum dicit Fulgentium in quodam sermone plurimè induxit. Iti ergo qui se velut aliquid contrarium fidei Christiane omnem ignorantiam circa animam Christi vitant, nonne multo magis omnem fallaciam & errorem tangam venenum mortiferum circa animam eius devitare? Inspiciatur siquidem ratio quam adducunt. Nihil scit aliquis quod anima eius ignoreti; sed Christus secundum omnem opinionem omnia scit; ergo anima eius omnia scit. Si ergo Christus, quia Deus, de necessitate scit omnia, quomodo anima eius nedium scitur aliquid ignorabit, verum etiam eius oppositum affirmabit? De Christo etiam dicit Apostolus, In quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae ab conditi, ad Col. 2. sed stultus thesaurarius est ille, qui thesaurum sapientiae & scientiae in insipientiam & fallaciam permutebat. Item Augustinus super Psal. 21. tractatu secundo tractans illud verbum Christi Matt. 26. Vbicunque prædicatur fuerit hoc Euangeliū in toto mundo, dicitur C &c. Quare aurem calumniatoribus, scilicet Donatistis, accommodatis: Aut mentitus est Dominus, aut fefeller illum; elegant, quid dicant; aut mentitum dicant veritatem, aut decepciam dicant veritatem. Item si Christus possit nunc decipi, & semper fuisse deceptus, potest nunc esse miser & semper fuisse miser; quare nec nunc, nec vñquam prius beatus, sicut erat ostensum 34. huius, quod nullus præsumet concedere nisi miser. Item si Christus possit decipi, non esset de beatitudine sua certus, quare neque plene beatus, sicut idem 34. docet. Item si Christus potest fuisse deceptus in proprio genere, credendo Paulum saluandum, qui non fuit saluandus, potuit similiter secundum animam in proprio genere illud velle & orare Patrem pro eius salute; potuit ergo secundum voluntatem suam humanam velle iterius, & operari exterius contraria fæz voluntati diuinae; & hoc scilicet, quia iste homo Christus Deus noster scivit voluntatem diuinam hoc nolle, & oppositum eius velle: Potuit ergo Christus peccasse, quia contra mandatum Patris scilicet fecisse. Nam qui misit me Pater, inquit D Christus, ipse mihi mandatum dedit; quid dicam & quid loquar, Ioh. 12. quod præstensa tricesimo secundi nullatenus patientur.

CAP. XLIII.

Tractat aliam responsum.



E Orrù sunt alij tantum horretem vitare volentes, qui dicunt quod nunc est possibile Christum nunquam credidisse in proprio genere, Paulum fuisse saluandum. Sed ista responso incidit in Scyllam volens vitare Charybdis. Sinamque quod Christus credidit in proprio genere potest nullatenus credidisse, potest & quod similiter voluit nullatenus voluisse, quare & quod fecit exterius non fecisse; potest ergo non orasse; non locutus fuisse, non ambulasse, non passus fuisse, nec homines redemisse; potest & nunquam instituisse Ecclesiastica Sacra menta, nec iustificasse quempiam aut saluasse, sicut series rationum 33. & 35. huius plenius manifestat, quia omnia plene intermixtum hypothesis principalem. Rursum tunc actus cre- dendi seu volendi Christi creatus in proprio genere præsens vel præteritus potest nunc nor- esse, nec vñquam fuisse, contra hypothesis manifeste. Præterea si Christus secundum homi- nem

nemita potest, potest & alius purus homo vt Paulus, maximè dum sint eiusdem naturæ, A tēm per omnipotentiam magni Dei, & eius cooperationem, seu assistentiam specialem, potest ergo Paulus viator, qui creditit quicquam & voluit atque fecit, meruit, vel peccauit, nihil horum fecisse, nec operationes huiusmodi habuisse, contra hypothesis fin principalem. Am-pius si sit ita, possidile est Christum mentiri, peiurare, atque peccare. Afferat namque nunc Christus cum iuramento firmissimo, sine aliqua conditione expressa vel tacita, quantum potest simpliciter absolute, quod Paulus viator portabit nomen suum coram hominibus. seu libet facere hoc vel illud, vel quod hoc futurum, vel illud eveniet contingenter : adhuc secundum hypothesis possibile est illud nullatenus evenire, quare & est coniuncter possibile Christum illud nec nescire nec credere, cūm per protestantia capitulo proximo non possit de-cipi vel errare ; in dū cūm semper omnia vera sciat, possibile est ipsum nunc scire distincte op-positum eius quod nunc iuratoriæ afferat ; est ergo possibile quod Christus homo nunc iuratoriæ afferat contra mentem, sive est in potestate libera viatoris reddere Dominum Deum B suum mendacem, perjurium, miserum & infamem, quod licet per se sic sat sibi absursum & absur-dum, est etiam per prius ostensa 30. secundi veraciter reprobatum.

CAP. XLIV.

Recitat tertiam responsonem.



D hac autem, sicut ad alia, non pauci, sed super capillos capitismi multi, erroris veteris clamosi & tumidi defensores, eo quod contumaciam cervicem recusant supponere iugo, licet suauissimo, veritatis, re-sponsiones & obiectiones innumeratas sibi ipsis, & veritati concurritas somniant & confingunt, quasdam falsigraphicas, quasdam litigiosas, quasdam peccantes in materia, quasdam in forma, quasdam in veraque multa vero nec difficultatis inuolucrum euolentes, verum multipliciter se reti inuolentes, plurimas autem quas quilibet veritatis amicius ad modicum quid prouectus faciliter reprimet & conuincit. Petueris namque, vt dicit Ecclesiastes, difficile corrugatur, & stultorum infinitus est numerus. Nec mirum : erroris nam semper est comes tortuosa pluralitas : simplex vero vna veritatis. Quare & Philosophus 14. Met. 3. Omoia, inquir, irrationalib[us] & repugnant ipsa sibi ipsis, & rationabilibus, & vivunt in ipsis esse Simonides longus sermo : fit enim longus sermo, quemadmodum qui seruorum, cūm nihil solum dicant : vnde & Parab. 14. Vbi verba sunt plurima, ibi frequenter egestas. Haec autem responsones non omnes, sed probabiliores videantur rationabiliter per-tractanda ; inaniores vero sub silentio transeundit, ne tempus & studium, praetermissis viliibus, circa ianua inaniter consumatur. Dicit enim Philosophus 1. Phys. 11. Neque soluere omnia conuenit, sed quæcumque ex principijs aliquis demonstrans mentitur ; quæcumque vero non, minimè : & 1. Topic. Quolibet contraria opinionibus proferente sollicitum esse stultum est, aut de quibus rationem habemus coartariam opinionibus. Quare non oportet omne problema, nec omnem positionem considerare, sed quam dubitabit aliquis rationis indigentum, & non qui patet vel sensus. Qui & 3. Metaphys. 15. De fabulose, inquit, sophisti- ficationibus non est dignum cum studio intendere ; quare & Sapientis prohibet sapienter stulto secundum stultitiam suam respondere. Vna igitur responsonum istarum, quæ sibi videatur probabilis, afferit, quod quādū obiectum creditum à Christo, aut volutum est futurum, potest Christus illud non credere neque velle, nec credidisse, nec etiam voluisse ; cūm autem fuerit præsens vel præteritum, non sic potest. Sed ista per rationes tricesimi huius faciliter conuincetur, cūm nullam huius necessitatis nouellæ causam poterit assignare, nec ipsam posse sine causa. Rursum ponatur Christum specialiter orasse pro Paulo adhuc superstite via-tore, & similiter infidelis ut conuerteretur ad fidem, aliosque conuerteret prædicando, ac beatificaretur in celo ; ponaturque Christum fecisse alia opera ad cunctum effectum, pura venisse ad eum, circumfusisse eum lumine, prostrasse, excceasse, & similia, sicut historiæ Act. 9. docet ; nunc ergo medio tempore, in quo simus, possibile est Christum nihil bogum fecisse, quia possibile Christum nuncquam credidisse aut voluisse futura huiusmodi circa Paulum, cūm sit possibilis h[ic] non fore, aut est possibile Christum irrationaliter, erone, & culpa-biliter

Parabolæ.

Philosophus.

Sapiens.

CAP. 44.

De Causa Dei.

789

A bilitet h[ic] fecisse, quia non conformiter, in dū disformiter, & contrarie visioni in proprio ge-nere, & in verbo ac mandato paterno. Ponatur namque ipsum recepisse mandatum a Patre, quod nihil oraret aut faceret, nisi secundum quod esset sibi in proprio genere diuinus reuelatum. Nec potest quis fingere, quod licet non sis possibile effectus Christi præteritos non fasces, possibile tamen est ipsos non fasces factos ad finem prædictum circa Paulum, sed ad alium finem omnino propriæ rationes præmissis 8. & 35. huius. Præterea medio tempore, in quo sumus, inter sudorem Christi sanguineum & eius terribilem passionem, secundum istos possibile est Christum nullatenus sic fadisse, sicut 33. huius plenius arguerat. Alij astruunt, quod idem actus credendi in Christo, qui est aut fuit distinctissimus virtus obiecti potest esse & fasces distinctissimus obiecti oppositi, non illius ; sed tunc hoc posset sine mutatione quacunq[ue] ; quare esset purè indifferens ad ostendendum menti Christi hoc obiectum vel il-lud ; quamobrem sine determinatione aliqua per se ipsum neutrū distincte ostendere, vel utrumque, sicut septimum primiti plenius arguebat. Rursum omnis talis actus creatus in pro-prio genere, est res inanimata purè naturalis, non libera ; ergo secundum ostensa contra quartam responsonem 30. huius semper sic agit & secundum ultiram sua potentia, atque significat s; quare si idem actus eodem modo dispositus posset repræsentare & ostendere utrumque oppositorum, semper sic facit, quoniam nulla penitus ratio potest reddi, quare si-cte actus eodem modo omnino dispositus, h[ic] ostendit anima Christi vnum oppositorum, & hodie alterum. Item si sit ita, cūm actus propriissime, distinctissime, immediatissime per se & primò repræsentet, significet, & ostendat obiectum, posset & eadem similitude seu spe-cies esse similiter propriæ oppositorum, & eadem ratione qua vna & alia, & sic quelibet pars definitionis & tota, si que vnum oppositorum esset veraciter aliud : eadem quoque proposi-tio numero esset vera & falsa, & contradictionia simul vera. Propositio namque affirmans per talum actum & speciem verique oppositorum communem vnum oppositorum de se, esset vera ; propositio vero affirmans per actum & speciem eodem numero, vnum oppositorum de altero esset falsa ; & h[ic] propositio esset illa, quia per nihil penitus differet h[ic] ab illa ; & quelibet pars huius esset pars illius similiter, & è contra. Secundum h[ic] & similitudines re-rum in anima non significantur naturaliter semper vnum, sed ad placitum hoc vel illud, cuius oppositorum anima sapiens facilissime experitur. Quare & Philosophus 1. peri hermenias 1. Quemadmodum, ita quid, nec litera omnibus eadem sunt, sic nec eadem voces ; quorum au-tem h[ic] primorum non sunt, & eadem omnibus passiones sunt animæ, & quorum h[ic] simili-tudines, res euanam eadem ; quod & omnes Logici & Philosophi sentiunt concordanter ; beatus etiam Augustinus 15. de Trinit. 10. his consentit. Item tunc species seu actus in ani-ma esset purè & equivocus seu & equi vocis ; significaret enim plura, scilicet ambo contraria æquæ primò, quorum ratio substantia est diversa, & eadem ratione, qua vna species sive actus, & D omnes : quare nullius posset aliquid certe, distincte, & propriæ intelligere, componere vel di-videre, diligere, nec odire. Talis etiam & equivoacio nondum fuit ab aliquo Logico aut Phi-losopho adiuuata ; in dū secundum eorum sententiam nec est possibilis inueniri : omnes enim concorditer sentiunt, quod omnis species in anima naturaliter & vniuocè maxime significat semper vnum. Est insuper talis species in anima sive actus vniuocata seu vniuocata maxime, sicut præmissa testantur ; quod & definitio vniuocorum in predicamentis ostendit. Quis eti-am terminus esset vniuocatus, si non ille ? Est igitur vniuocatus & equivoacus purè simul. Præ-terea si sit ita de specie & actu in anima, eadem ratione sic erit in memoria, & in omni sensu interiori & exteriori similiter, in dū sensu, & etiam in obiecto : hic enim stat sicut & fundatur tota huiusmodi resolutionis naturalis. Quamobrem è contrario accedit. Nam sicut vnum obiectum est tantum vnum, sic & causa naturaliter tantum vnam speciem simili-tudinem sibi tantum in medio sensu, sic etiam illa ultra in sensu exteriori, si que vltius per sensus interioris, donec similiter ultimò ad animam pertingatur. Præterea visus seu cogni-tio vniuocorum causar vnum effectum in anima vel in corpore cognoscens, puta de-lestationem, dilatationem & huiusmodi ; cognitione autem & credulitas alterius effectum op-positum ; potest ergo aliquis effectus præteritus non fasces, oppositusque fasces, sicut tricesimo sexto huius fuit ostensum : rationes etiam || ille tricesimo sexto factæ contra istam responsonem || illo eccliam plenè vadunt. Præterea quæcumque hoc dixit, kabet similiter dicere de actibus vno- luntatis, quare & habet dicere conuerteretur quod ifid, quod Christus vel alius purus homo mediante tali volitione fecit exterioris, potest manquam fecisse, sed eius oppositum, quod || non || unquam fecit. Item vna actus in Christo, vel in alio, qui est aut prius fuit amor & meritum, potest nunc esse, & prius fasces odium & peccatum : potest quoque amicus alius fieri seu esse ini-cius eiusdem sine mutatione quacunq[ue] ; in alio vel in ipso, contra protestantia 30. & 22. istius, &

Augustinus. & contra Augustinum 5. de Trinit. vlt. vbi dicit, Amicus relativè dicitur ; neque enim esse A incipit, nisi cum amare cōperit : sit ergo aliqua mutatio voluntatis, ut amicus dicatur. Di-

Anselmu. cīque Anselmus de libero arbitrio 7. quod illa voluntas, quæ est opus, scilicet actus voluntatis, quæ est instrumentum naturale volendi, tam multiplex est quam multa, & quam sepe

Philosophus. volumus. Quare & Philosophus 8. Eth. 7. distinguit species amationis & amicitiae secundum species amatorum ; unde sic ait, Altera, propter quæ amant ; altera ergo & amationes & amicitiae. Alij verò ponunt esse possibile effectus præteritos factos à Christo mediante cognitione seu volitione humana fuisse factos ab eo, mediante tantummodo sua cognitione & volitione diuina. Sed isti refellentur per tricesimum nonum huius. Rursum secundum istud, nunc est possibile Christum secundum naturam humaram nunquam aliquid voluisse, nunquam aliquid meruisse, nunquam homines redemisse : hæc enim non fecit, nisi secundum naturam suam humaram ; quare & est nunc consequenter possibile nullum hominem fuisse saluatum. Præterea tunc actus Christi volendi creatus in proprio genere præteritus po-

B test non fuisse, vel Christus inuitus quicquam tecisse, voluisseque disformiter & contrari volunta diuino, & mandato paterno, atque peccasse & miserisse. Alij adhuc in oculis suis

subtilis, vt eis videtur, subtiliter respondere affirmant Christum non intellexisse, aut credi-

disse in proprio genere per actus naturales similes actibus cognitius hominum ceterorum, sed per unum actum supernaturalem supernaturaliter sibi datum, qui & sicut ipsum verbum

& diuina essentia potest representasse & ostendisse aquiliter quocunque futurum fore vel non fore, sic & potest, vt assertum, ille actus. Sed ista responsio Christum secundum natu-

ram suam humanam & diuinam similiter molitur crudeliter mulcere. Nam secundum ipsam, Christus non potuit, neque potest habere propriam & perfectam operationem hominis na-

turalem, distinctam scilicet cognitionem obiecti per actum singulariter proprium & distin-

ctum, sicut ceteri homines putantur ; nec Deus de terra sua potentia potest Christo talem cognitionem conferre. Si namque Christus potuit aut posset quomodolibet talen cognizio-

C nem & scientiam seu credulitatem de futuris habere, ponatur ; & evanescatur responsio, & re-

veretur difficultas. Aut si Christus non sit in aliqua potentia hominis mulcere, potest, sicut

& ceteri hominum in illam operationem hominis naturalem ; & etiam si Deus non sit in sua omnipotentia defalcatus, potest saltem de plenitudine potestatis dare Christo actum huius-

modi cognitum. Nam si non potest, aut hoc est propter impotentiam aetiam in Deo, quod nullus concedet, aut propter impotentiam suscepitum in Christo, quod dicunt non po-

test, cum quilibet aliis homo eiusdem nature sit actus huiusmodi susceptivus. Rursum

Christus & ceteri homines sunt eiusdem naturæ, & si naturaliter sunt capaces actionum hu-

iusti modi, ergo & ipse, sicut per se patet : quod etiam testatur Philosophus 2. de celo 48. ar-

guens quod si unum astrum mouetur motu circumgirationis, omnia sic moueri ; & 49. in-

Auerroes. nnius simile argumentum de motu voluntationis astrorum ; qui & 59. similiter arguit de sphæ-

ricitate aliorum. Super quod Averroes, Demonstratio, inquit, fundatur super hoc, quod

omnia corpora celestia sunt eiusdem naturæ specie, & quod corpora celestia sunt plura in-

divisa in specie ; & cum ita sit, & necesse est vt illud quod existit in aliquo individuorum

speciei ex rebus essentialibus, existat in omnibus individuis illius speciei ; & quod figura est

ex rebus essentialibus in corporibus celestibus, quia sunt animata ; secundum haec significatio-

positiones verificatur iste sermo, & non est per exemplum. Item forma eiusdem naturæ

sunt habentes operationes proprias eiusdem naturæ, & anima Christi, ac anima cuiuslibet ho-

minis alterius sunt eiusdem naturæ. Item natura humana in Christo si esset dimissa à verbo,

posset in se producere talum actum, nec verbum ipsam debilitat, sed fortificat non nisi nunc

vnitam. Item simili ratione habent necessarium dicere consequenter Christum habuisse &

habere similem actum volendi ; qui licet nunc esset aut prius fuisse distinctissimus respectu

vnus obiecti, posset nunc non esse & prius non fuisse illius, sed alterius ; quare & opus quod

in præsenti à tali volitione procederet, vel in præterito processisset, posset nunc non esse, &

in præterito non fuisse ; opus quoque, quod nunc non est, nec prius fuit, posset nunc esse, &

prius fuisse. Item Christus potest habere actus cognoscendi & volendi similes actibus homi-

nūm ceterorum circa præsenz & præteritam ; quare & circa necessaria, & circa futura omnia ;

quare & circa contingēti vniuersa. Præterea non videtur quod idem actus creatus cogniti-

us aut voluntarius posset immmediatè & per se solum semper eodem modo penitus se haben-

tem esse distinctissimus omnium diuersorum, sicut superioris contra responsum similem est

argutum : alia etiam argumenta contra illam pugnantia militant contra istam. Item cum

Christus secundum hominem, & alius purus homo sit eiusdem naturæ, & Christus secun-

dum hominem est capax actus huiusmodi cognitiui, & similiter voluntarii, est & aliis puris

homino,

A homo ; cum ergo purus homo sit capax, & Deus omnipotens potest ei dare tales actus cognoscendi atque volendi, quibus receptis, eis nunc credat & velit, aut prius credit & volunt aliquod futurum contingens merendo, peccando, aut opus extirpescum faciendo, potest nunc & prius non ista, sed eorum opposita facere & fecisse. Contra istam responsum similiter vadit processus 33. huius planæ. Atque verò responsum huiusmodi possibilis hic confingi, per hæc & huiusmodi, iuuante gratia Iesu Christi, faciliter confringetur.

C A P. X L V.

Ventilat quartam responsum.



Vidam autem volentes Christum defendere à mendacio, periurio, & peccato, dicunt, quod illa, quæ Christus asseruit, & iurauit ad unum intellectum, potest asseri & iurari non ad illum, sed ad alium intellectum. Istud autem videatur assertum ex mirabili intellectu. Sint namque verba Christi tam plana & tam simpla, quod non possint rationabiliter accipi ad duplum intellectum, nec ad alium quam primò pretendit superficies literalis, dicatque Christus & iuret se tantum intelligere illo modo : & si quis dixerit adhuc Christum posse alio modo intelligere illud dictum, habet dicere consequenter, Christum nullum posse certificare de aliquo dicto suo, ad quem intellectum hoc dixit ; & hoc est sacra Euangelia habitatione & C suspicione nimia fermentare. Quis enim propter verba Christi incerta certè crederet aut faceret magnum aliquid & incertum ? Nec posset cum Christo fieri cuiuslibet aut securus contradicere, quia tamen nequaque aliquid planissimum diceret, promitteret, vel iuraret : semper enim posset latere anguis in herba, & fallacia sub abscondito intellectu, esseque Christus magis mutabilis & varius in sermone, quam Chamaeleon in colore : colorem namque quem Chamaeleon nunc habet vel in præterito habuit, necesse est eum nunc habere & in præterito habuisse ; de intellectu vero sermonis Christi opposito modo se habet. Eset quoque assertio Christi dubitabilior & incertior, quam assertio alterius hominis cuiuscunque, vt de ipso veraciter possit dici illud opprobiosum ridiculum Horatij Epistolarum 1.

Quo teneam vultus mutantem Prose modo.

Cum tamen secundum Iudicium 2. de summo bono 31. Quacunque arte verborum quis adorat, Deus, qui conscientia testis est, ita hoc accipit, sicut ille, cui iuratur, intelligit : & alle-

D gar 3. sentent. Petri dist. 39. & in Canone 22. Causa questione 5. Quacunque, Quare & de ipsomet Dominio nostro Iesu Christo scribitur, Marc. 4. Loquebatur ei verbum prout Mucum,

poteant audire ; dicitque Apostolus 1. ad Cor. 14. Si nesciero virtutem vocis, ero ei, curlo. Apollon.

quor, barbarus, & qui loquitur mihi barbarus. Mirabilis insuper, imò & miserabilis magister ac invictus videretur, qui nullum discipulum posset docere ad quam intelligentiam loqueretur : qualis namque esset communicatio inter illos ? Hoc autem non decet Magistrum & Do-

minum nostrum Christum ; quare & Luc. 24. scribitur sic de ipso, Aperiuit eis sensum ut in-

telligerent scripturas ; qui & Discipulis Ihesus dixit, Vobis datum est nōsse mysterium regni

coelorum, Matth. 13. Et Luc. 8. Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabant autem

eum Discipuli eius, quæ esset hæc parabolæ ? Quibus ipse dixit, Vobis datum est nōsse my-

sterium regni coelorum Dei, ceteris autem in parabolis, vevidentes non sident, & audientes Lucas.

E non intelligantur. Unde videatur, quod licet parabolæ Euangeliæ & amphibiologica Iesu Christi posint accipi ad multiplicem & dubium intellectum, quod tamen potest certificare de eis ;

quanto magis de alijs dictis suis ; imò videtur, quod alia dicta sua non possint rationabiliter accipi ad intellectum tam dubium, sed ad certum quem verba prætentunt, secundum com-

munem hominum intellectum. Unde loquitur Iohann. 16. Hæc in præteritis locutus sum vobis ; ve-

nit hora, cum iam non in prouerbis loqueretur vobis, sed palam de parte meo annuntiabo vo-

bis, quod debet intelligi pro statu vite præsentis ; sicur indicat verbum sequens : nam imme-

diat se subiungit, Illo die in nocte meo petrus. Quod & propter eandem rationem teneret Au-

gustinus, pars secunda super Iohann. homilia 48. sec. 102. totus. Præterea assertat Christus

aliquid de futuro in anima humana, sive in Angeli per actus seu sp̄cies naturales, significan-

tes naturaliter tantum unum, sicut capitulo proximo est ostensum, & responsio non vitabit.

Dixit

Iohannes.

Augustinus.

Dixit enim Propheta, Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, Psalmus 84. Super quod A Augustinus, Propheta dixit, Loquendatur in illo Deus iustus, & mundus faciebat illi strepitum fortis ; cohibens ergo aliquanto ab strepitu mundi, & auerterens se ad se, & à se in illum cuius vocem audiebat in terris, quasi obturans autem contra tumultuantem vitam huius in quietudinem, & contra animam corpore quod corrumpitur aggrauatam, & sensu terrena habitatione deprimente multa mala cogitantem, ait, Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Psalmus quoque 88. Locutus est, inquit, Deo Propheta, in visione Sanctis tuis ; vbi litera Augustini habet, aspectu ; quam sic exponit, Locutus est eis in aspectu, id est, in revelatione ; unde Prophetae videntes dicebantur. Viderunt quiddam ious, quod dicente foris, in occulto audiuerunt, quod palam predicatorum. Secundum istos etiam nec Spiritus Sanctus posset certe docere intellectum facta scriptura contra illud Iohann. 14. Spiritus sanctus quem mittere Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & sugggerit vobis omnia quae cunque dixerim vobis : & contra illud eiusdem 16. Cum venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Præterea si illud quod Christus dixit ad unum intellectum, potest non dixisse ad intellectum illum sed alium, cum talis intellectus in Christo sit alius cognitus proprius & distinctus, sicut potest haberi ex capitulo proximo, potest non habuisse secundum quem habuit, & quem non habuisse, quod hypothesis contradicit. Item Christus potest certificare hominem de intellectu suo in propositionibus de presenti atque præterito ; quare & in propositionibus de futuro, & illa quæ in istis ad unum protulit intellectum, non potest ad aliud protulisse, quare nec in alijs de futuro. Item eadem ratione habent dicere consequenter, quod id quod Christus voluit atque fecit una intentione & ad unum finem, potest non voluisse aut fecisse illa intentione, sed alia, ad alium quoque finem, & cum intentione finali sit aliquis actus voluntatis proprius & distinctus, directus in aliquem finem proprium & distinctum, sicut patet ex capitulo proximo, potest Christus non habuisse & cum voluntatis quem habuit, & quem non habuit, habuisse : potest que non fuisse passus, nec instituisse Ecclesiastica Sacra menta pro iustificatione hominum vel salutem ; quare & iustificati & saluti per illa possunt nunc esse non tales, & in præterito non fuisse ; potest quoque Christus similiter non fecisse quæ fecit, & quæ non fecit, fecisse. Item si haec sint possibilia de Christo secundum naturam humanam, erunt & similia possibilia de puro homine, sicut ex prehabitis capitulo proximo potest ostendi ; quare ergo purus homo afferuit, voluit, atque fecit ad unum intellectum & ad unum finem proprium & distinctum, potest nou ad illum, sed ad alium hoc fecisse ; quare purus homo, qui taliter faciendo meretur, aut peccat, meruit, aut peccauit, & iustum mercedem recipit aut recepit, potest non sic, sed oppositè singillatim. Haec etiam possunt de puro homine per eadem reprobari, per quæ similia de Christo Deo & homine fuerant reprobata. Alij magis specificantes istam responsiunculam, estimant posse asservisse sub conditione taliter quod afferuit absolute. Sed hi possunt redargui, sicut primi : omnis enim conditio tacite intellecta est aliquis actus intellectus ; est ergo possibile præteritum non fuisse. Eadem etiam ratione quod Christus voluit absolute, potest non sic voluisse, sed sub conditione tantummodo adhuc futura ; & cum ex voluntate conditionali non sequatur effectus, nisi demum fortassis conditione extante, possunt Ecclesiastica Sacra menta non fuisse, vel utilia non fuisse, factaque eius præterita non fuisse. Ponatur etiam Christum hinc afferuisse & voluisse aliquid cras futurum sub conditione hodie adimplenta, & revertitur difficultas. Hec etiam omnia simili ratione sunt de puro homine concedenda, quare & inconvenientia ad quæ superius est deducuntur. Præterea si Christus scit futura contingentia, sic potest illa afferere, scit autem illa simpliciter absolute, sic enim sunt vera ; & sicut sunt vera, sic scit illa. Rursum si Christus nesciret futura nisi sub conditione, & scit quod conditio extabit, vel non. Si scit, aut ergo sub alia conditione, vel simpliciter absolute : si sub alia conditione, erit processus huiusmodi in conditionibus infinitus, nec vila talia scientia de finita : si simpliciter & absolute, & simili modo scit futura, afferat etiam absolute impletionem conditionis illius, & responso vacuatur ; si non scit quod extabit conditio, non scit certe : nec scit tunc aliter quam alias purus homo. Amplius autem afferat Christus A. fore sub B. conditione, & afferat simpliciter B. fore, & revertitur difficultas. Et si quis adhuc dixerit quod illa afferatio potest esse sub alia conditione, puta C. tunc potest esse processus in conditionibus talibus infinitus, & nulla penitus nisi de sola incertitudine certudo, scit superius, est argutum. Item afferat Christus quicquam futurum, & afferat se afferere illud simpliciter absolute sine quaunque conditione tacita, vel expresa. Alij vero dicunt, quod non omnis qui dicit falsum mentitur, sed quia dicit falsum animo afferendi ; & quod Christus licet aliquid dixerit animo afferendi, potest illud huiusmodi animo non dixisse. Sed istud per iam prehabita refelletur, quoniam animo

A animus afferendi proprius & distinctus est finalis intentio sive propositum, & aliquis a-
ctus voluntatis vel intellectus proprius & distinctus. Alij opinantur quod mentiri est
contra mentem, ite cum intentione fallendi ; Sed Christus non habuit intentionem fal-
lendi ; quare & si quis dixerit contra mentem, non est tamen mendacij redargendum.
Sed hi ferui nequam blasphemant nequiter Dominum nostrum Christum : concedant
namque ipsum posse falsum afferere contra mentem scienter & peccare ; quare & consequen-
ter habent concedere ipsum posse peccare contra prius ostensatricissimo secundi. Nam om-
ne factum contra conscientiam est peccatum, dicens Apostolo, Omne quod non est ex fide
peccatum est, ad Rom. 14. Glossa, Omne etiam, si bonum sit in se, quod non est ex fide, id
est, quod sit contra fidem, id est, contra conscientiam, peccatum est : quod & simili modo
intelligit consilium generale, sicut patet extra de prescriptionibus capitulo ultimo ; & Papa
Innocentius tertius, supra de restitutione spoliatorum capitulo, Literas ; vbi & adiungit illud
B vulgatum, Quicquid sit contra conscientiam & dicitur ad gehennam. Quomodo etiam excu-
sabitur quis ab intentione fallendi, si afferuit falsum scienter intendens ut tanquam verum
fictum ab auditibus crederetur ? Alij adhuc posunt non oportere Christum fuisse nientem
& si afferuit unum falsum, quia non oportet hoc fuisse contra mentem ipsius. Sed hi
mirabilem mentem habent : non enim aduentur Christum esse Deum & hominem, ideoque
falsum secundum naturam suam diuinato omnia verissime cognoscentes. Item secundum
naturam suam humanam scit omni falso ad ipsum spectantia de propinquio, ut quadrage-
sim secundo huius erat ostensorum ; vel falso secundum illam naturam creditur esse verum
quod per illam afferit : Non enim obitus fuerat regularis, quam docebat : Sit sermo vester,
Est, Est, Non, Non. Matth. 5. Est in corde, est in ore : & similiter negatius ; maximè autem
quicquid iuravit, creditur esse verum ; alias etenim nimis perperam iuraverit, & potest esse qd.
falsum afferuit & iuravit ; ergo & quod creditur falsum esse verum, quare & quod fuit decep-
tus, quod quadragesimo secundo huius fuerat reprobatum : vnde etiam sequitur esse possibile
ipsum peccasse, cuius oppositum tricesimo secundi fuerat demonstratum. Item afferat iul-
iiorando se scire vel credere in proprio genere sic esse futurum, sicut afferit atque iurat, & re-
sponsio non responderet.

C A P. X L V I.

C D contra candem opinionem & hypothesis per viam rene-
lationis in proprio genere de puris creaturis, scilicet, ^{primo}
Angelis.



E phus, uno inconveniente dato

Is ergo duce Christo secundum primam semitam hu-
ius bivialis revelationis in proprio genere, de Do-
mino scilicet Iesu Christo, contra hypothesis prin-
cipalem oppositus, consequens videtur per alteram
eius methodum, de puris scilicet creaturis, Angelis,
hominiis, seruis suis procedere contra eam. Fiat
siquidem revelatio in proprio genere Michaeli de bo-
nis meritis futuris, & de salvatione Pauli adhuc in
seculo peregrini, quia non obstante potest Paulus
nec mereri, nec saluari ; quare & Michael decipi &
prius fuisse deceptus ; quamobrem & tunc non esse
nec prius fuisse beatus, sicut docent prehabita trice-
simo quarto huius. Rursum, quia sicut dicit Philo-
sophus, alia contingunt, ex isto veterius sequitur evidenter
alii contingunt, ex isto veterius sequitur evidenter
Michaelem

Michaem non esse nunc certum de beatitudine sua futura; imo quod videtur absurdus, nec praetenta, nec praesenti. Hec enim dependet ex uno incerto, quia contingenter futuro; quare nec nunc est, nec in quantum fuit beatus, vi patet ex prius ostensis tricesimo quarto huius. Consequitur etiam ex eodem, quod sit in potestate Pauli miseri peregrini in terra dethahere Michaelem felicissimum ciuem in celo à beatitudine sua summa ad imam miseriam, quia ipsum præstigiando decipere surpiter tota die: Imo quod grauius est & peius sequitur nunc esse possibile, & ex voluntate Pauli pendere Michaelem nunc peccare, & prius peccasse. Ponatur enim iuxta autoritates de orando & modo orandi præmissas vicesimo tertio & vicesimo quinto primi, Michaelem receperisse mandatum in proprio genere, quod omnem, & solum ostensem sibi & visum saluandum in proprio genere & in verbo velit saluari, iuuenque obsequijs & beneficijs solum talem; ostendaturque sibi in proprio genere & in verbo Paulum adhuc peregrinum saluandum, velitque volitione in proprio genere ipsum saluari, obsequia quoque ac beneficia ei præstet: quibus omnibus ita factis adhuc est possibile Paulum non saluari; quare & Michaelem peccasse volente ipsum saluari, & beneficia sibi præstanto contra mandatum diuinum; cum sit possibile ipsum non viduisse Paulum saluandum in proprio genere & in verbo, imo vidisse oppositum huius in verbo, & hoc in proprio genere non vidisse, cum falso nullatenus videatur, sicut nec scitur. Ponatur etiam consequenter ad istud, quod Michael confortando Paulum appareat ei, & dicat, Gaudium tibi semper sit, quia tu es de numero saluandorum; adhuc autem est possibile Paulum pronunc non esse saluandum, sed damnandum; & Michaelem hoc nunc videre in verbo, quare & contra mentem istud affterere & mentiri; esse quoque Angelum Satanæ, à veritate Apostolam, ac in præterito sic fuisse. Præterea sequitur Michaelem posse credere duo contradicitoria plane simul, contra præostenla quadragesimo secundo istius. Nunc enim credit in proprio genere Paulum esse saluandum, & necesse est eum credere pro nunc ita, & possibile est even pro nunc videre oppositum eius in verbo, quia possibile est pro nunc oppositum esse verum, & ostensem sibi in verbo. Amplius autem si possibile sit Paulum non saluari, possibile est Michaelem non scivisse certitudinaliter in proprio genere ipsum fuisse saluandum; quare nec voluisse in proprio genere ipsum esse saluandum, nec ei beneficia præstissime, quia hac certa visio fuit causa quare voluit hæc & fecit sicut & de visione in verbo vicesimo tertio huius & sequentibus capitulis plenius est *argutum*. Secundum istud similiter potest quilibet miser inferre facilissime tota die sanctissimis & beatissimis Angelis documentum & pecuniam sine culpa aliqua præcedente, quod videatur in eorum miseriam & in Dei iniuriam redundare, sicut tricesimo tertio huius diffusus monstrabatur.

B

D

C A P. XLVII.

Contra eandem opinionem & hypothesis per eandem viam de puris hominibus.

E



Vac autem post Angelos ad homines veniendum. De hominibus siquidem pro statu innocentia, & pro statu gloria potest similiiter argui, sicut de Angelis proximo est argutum. Rursum omnes sancti etiam virgo beata, ante passionem latifleram. Iesu Christi erant mundati, & saluati in fide & virtute illius pallionis futura, ipsis quodammodo in proprio genere revelata: Ipse namque lapis angularis effectus, tensione multi-

A rupoli passionis utramque parietem compaginavit in unum; camento tenacissimo sui sanguinis benedicti. Ipse est etiam, cui & turbæ que precedebant, & que sequebantur, clamabant dicentes, Hosanna filio David: Quare & Apóstolus, Vna, inquit, fides *Augustinus*, non multa. Unde & beatus Gregorius 2: super Ezechiel, homilia quinta sive decima septima totus, Præcessit, inquit, Índicus populus, secutus est Genesim, & quia omnes electi, ius qui in Iudea esse potuerunt, ius qui nunc in Ecclesia existunt, in Mediorem Dei & hominum crediderunt & credunt; qui præeunt, & qui sequuntur, Hosanna clamant. Hosanna autem in Latina lingua, Saluans, dicitur: Ab ipso autem salutem & priores quesierunt, & præsentes querunt, & benedictum qui venit in nomine Domini confidunt; quoniam una spes, una est fides, præcedentum atque sequentium populorum. Nam sicut illi expectata passione ac resurrectione Domini *saluati* sunt; ita nos præterita passione illius ac permaneatis in secula resurrectione saluamur. Beatus simili ter Augustinus Hypogeost. 63. Omnes, inquit, sancti Dei, qui ante aduentum fuerunt Domini nostri Iesu Christi, fide non alia, nisi qua nunc est, salvi facti sunt; qui & de libertate arbitrij 7. De perfectione iustitie 32. de natura & gratia 44. In epistola nonagesima tercia ad Optatum. 2. de Nugis & concupiscentia docet idem. Anselmus etiam 2. Cur Deus homo 17. vult hoc idem, quod & volunt concorditer omnes Catholici tractatores: hoc ergo pro constanti supposito argutur pro tempore medio in quo sumus inter istos effectus præteritos & passionem illam futuram, neccesse est istos effectus fuisse, ergo necesse est passionem hanc fore, vel si non necesse est passionem hanc fore, nec est necesse effectus istos fuisse: non enim potuerunt mundari & saluari in fide erronea fallaci & falsa: si namque potuerant tunc, possente nunc & semper, quod videtur fidem catholicam suspicione nimia maculare, seu potius diffamare, ac reddere homines tepidos, & nimium dubios ad credendum. Quomodo etiam posset falso tantum valere quantum venias ipsa valet? Quis hoc concesserit nisi falso? Insipit si fides falsa sufficeret, superflueret fides vera, maxime cum idem effectus coatingeret, & brevius multum & leuius ex fide falsa quam vera. Ad verum namque fidem requirebatur incarnationis, nativitas, prædicatio, passio & mors Christi, cum multis alijs factis suis: ad falsam vero sufficeret ipsa sola. Sufficeret igitur plenissime ad salutem persistisse in fide falsa de Christo futura, sique ad complenetem numeri electorum, & sic secula conclusisse; quare sicut arguit Apostolus ad impossibile, vt reputat, deducendo, Christus gratis mortuus est; Si, inquit, ex lege iustitia, ergo Christus gratis mortuus est, ad Galat. 2. Glossa, gratis, id est, frustra, sine causa: nam secundum Philosphorum sententiam, quam semper supponunt canquam vnam maximam per se notam, frustra ponuntur plura, vbi sufficiunt pauciora: tantum etiam valuerit Pseudo Christus, quantum valerit verax, & veritas ipsa Christus, quod nullus, vt spero, presumet concedere, nisi forte Pseudo-Christianus; & discipulus pseudo-Christi, veri iudicet Antichruti. Quare & Anselmus 2. Cur Deus homo 17. tractans istam materiam. Vere, inquit, mortuities erat, quoniam si vere non fuisset morituras, non fuisset vera fides futura mortis eius, per quam & illa virgo de qua natus est, & multi alii mundati sunt a peccato; & si vera non fuisset, nihil prodest portaret. Quare & fidelis Christi Ecclesiæ fideliter tota canit, Vera fides gentium purgavit crimina mundi. Præterea Christus afferuit, & iurauit futura aliqua eucastra, sicut suam passionem, resurrectionem, ascensionem, generalem resurrectionem, Iudea traditionem, Petri negationem, & multa similia; Medio ergo tempore in quo sumus, si ista possunt nullatenus eucastra, potest Christus fuisse mentitus, peritus, atque peccator contra præsternitatem trigesimo secundi; vel si Christus non potest hec fuisse, necesse est que iurando afferuit, eucastra. Item Deus multa futura prædictis hominibus in proprio genere, afferuit, promisit, atque iurauit; ergo necesse est illa omnia eucastra, vel Deum mentiri; sed Deum impossibile est mentiri. Hoc etiam totum evidenter apparet ex autoritatibus circa famam seu famam diuinum vigesimo septimo huius, & ex rationibus ac auctoritatibus trigesimo secundo huius præmissis. Quare & Dominus per Prophetam, Neque prophango testamentum meum, & que procedent de labijs meis non faciam ipsa, seu non reprobabo, sicut habet Psalterium Romanum: quod Augustinus exponit, semel iurauit in sancto meo, si Dauid mentier Psalmo 88. Testamentum autem secundum Papium, & secundum Isidorum 5. Ethic. 8. in Scripturis sanctis non hoc solum dicitur, quod non valeat nisi testatoribus *Augustinus*. Non quia filii peccant, ideo ego mendox inueniar, promisi, facio: Pone quia vobis Aug. Non quia filii peccant, ideo ego mendox inueniar, promisi, facio: Pone quia vobis lant

Cassiodorus.

Augustinus.

II. fe. en.

Apostolus.

volutat illi etiam cum desperatione peccare, & sic ire omnia in peccata, ut offendant oculos A Patris, & exhortari mereantur, nonne ipse est Deus, de quo dictum est, De lapidibus istis suscitur Deus filios Abrahæ? Non sit Dominus qui sunt eius: Securus enim promisit, qui nos antequam essemus, prædestinavit. Peccent quantum volunt despati, respondeant membra Christi, Si Deus pro nobis, quis contra nos; non ergo nocebit Deus in veritate sua, non erit fallax, non prophanabit testamentum suum: manet immobile testamentum eius, quia ipse præstis prædestinavit hæredes, & quæ procedunt de labijs eius non reprobatis. Audi iam confirmationem tuam, audi iam securitatem tuam; si te in membris Christi esse cognoscis, Semel iurauit in sancto meo, si Dauidi mentiar; Expectas ut iterum iuret Deus? Quoties iuratus es, si semel iurando mentitur? Cassiodorus, Semel, id est, immutabiliter, quomodo Augustinus & Isidorus exponunt illud Psalmi 61. Semel locutus est Deus, sicut vicepsatum septimum huius plenius recitauit. Et infra supra illud, Tu vero repulisti &c. B Auertisti testamentum &c. Quid est hoc, inquit Augustinus, Illa omnia promisisti, tu verò ista contraria fecisti? Vbi sunt promissiones ad quas paulo ante gaudebamus, de quibus tam alacriter plaudebamus, de quibus secuti gratulabamur? Quasi alius promiserit, alias euerterit; quod mirandum est; non aliis, sed tu vero, tu qui promittebas, tu qui confirmabas, tu qui propter dubitationem humanam etiam iurabas, Illa promisisti & ista fecisti. Vbi tenebo iurandum tuum? Vbi inueniam promissum tuum? Quid est hoc? Ita vero falsum promitteret Deus, aut falsum iuraret? Quare ergo illa promisisti, & ista fecisti? Ego dico, quia ista fecit, ut promissa firmaret. Dauid enim potius erat, cui promitterentur hæc omnia in ^{II} feminæ eius, quod est Christus, implenda; Propter promissa ergo, quæ dicta sunt ad Dauidem, expectabam homines ea impleri in Dauide. Proinde ne quisquam Christianus cum diceret, De Christo dixit; alius diceret, Non, sed de illo Dauide dixit, & erraret cum videret impleta esse in Christo omnia; destruxit ea in Dauide, ut cum videas ea in illo non impleta, que necesse est impleri, quereras alterum in quo ostendantur impleri. Ita etiam de Esau & de Jacob inuenimus maiorem adoratum à minori, cum scriptum sit, Major seruier minori; ut cum in illis duobus præcedentibus videtis non impletum, expetet duos populos in quibus impleatur, quod non mendax Deus polliceri dignatur: Ecce ex feminæ tuo, dixit Dauidi, possum super fidem tuam. Promisit ex feminæ eius in æternum aliquid, & natus est Solomon; factus est tanquam sapientia, tantaque prudenter, ut promissio Dei de feminæ Dauidis in illo putaretur impleta. Sed cecidit Solomon, & dedit locum sperando Christo, ut quoniam Deus nec falli nec fallere, quem sciebat casum, non in eo ponere promissum suum, sed post casum eius respereres tu Deum, & flagitares promissum tuum; ergo Domine mentitus es? Non imples quod promisisti? nec exhibes quod iurasti? Fortè hic disturus tibi erat Deus, Iurauit quidem, & promisisti, sed iste noluit perleuare. Quid ergo? Tu Domine Deus non præsciebas istum non perseveratum? Vtique sciebas; Quare ergo in non perseveratum mihi quod in æternum esset promittebas? Nonne tu dixisti, Si dereliquerint legem meam, & in iudicij meis non ambulauerint, & mandata mea non custodiérint, & testimoniū meum prophanauerint, manebit tamen promissio mea, implebitur iuratio mea, Semel iurauit in sancto meo, si Dauidi mentiar? Exhibe ergo quod iurasti, redde quod promisisti. Sublatum est de isto Dauide, ne-expectaretur in isto Dauide; Exspecta ergo quod promisisti, Non sit illud & ipse Dauid; vide ergo quid dicat, Tu vero repulisti, & ad nihil dedoxisti, ergo vbi est quod promisisti? Distulisti Christum tuum. Quamvis tristitia quadam encueret, in hoc tamen verbo reficit nos, matiet omnino Deus quod promisisti; nam Christum tuum non abstulisti, sed distulisti. Vbi & Cassiodorus, superius cum de Christo promitteret Pater, iocutus est de Dauide, de quo nunc contraria ponit, ut, quæ necesse erat fieri, quia Deus iurauerat, non in eo potius, sed E in alio quærerentur implenda: dicitque Apostolus 2. ad Timoth. 2. Si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. Glossa, Si nos non credimus quod puniam malos, stulte confisi sumus de misericordia eius; ille tamen, scilicet Christus, permanet fidelis in dictis suis, & in eo etiam quod dixerit, Qui non crediderit, condemnabitur, & verè fidelis est, quia non potest negare seipsum, qui est veritas, quod faceret si dicta sua non impleret. Hoc autem, quod seipsum negare non potest, laus est voluntatis diuinæ, sicut, quod quidam non possunt credere, culpa est voluntatis humanae; hec autem ultima pars huius glossæ est Augustini super Iohann. homilia 53, qui & decimo quinto de Trinitate 14. Falsum, inquit, habere aliquid hoc verbum nonquam potest, quia immutabiliter

A mutabiliter sic se habet, ut se habet de quæ est. Non enim potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem faciem; Potenter hoc non potest, nec est infirmitas ista, sed firmitas, quia falsa esse non potest veritas: Et infra decimo quinto; Magna illus verbi potentia est non posse mentiri. Item si Deus non redderet quod promisit, non esset fidelis, nec iustus; vnde ad Hebreos 6. Non iustus est Deus ut obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostenditis in nomine ipius. Et 2. ad Timotheum 4. Bonum certamen certavi, cursum confunsum, fidem seruavi, de reliquo deposita est mihi corona iustitiae, quam redderet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Quod tractans Augustinus super illud Psalmi 100. Misericordiam & iudicium cantabo tibi, Domine, sic ait; Quomodo dicit, videte, Bonum certamen certavi, &ci hoc tempore misericordia, audi de iudicio, De certero deposita est mihi corona iustitiae, quam redderet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Non dixit, donabat, sed B redder; quando donabat, misericors erat, quando redder, iudex erit, quia misericordiam & iudicium cantabo tibi, Domine; Sed donando delicta feci, te corona debitorum; Ibi misericordiam consecutus sum; misericors ergo Dominus primus; hic autem redderet mihi coronam iustitiae. Vnde redderet quia iustus iudex est. Quare iustus iudex? quia bonum certamen certavi, cursum confunsum, fidem seruavi. Ideo iustus non potest nisi coronare ista. Dicitque Propheta, Rectum est Domini verbum, & omnia opera eius in fide, Psalmi 32. Propheta, super quod Augustinus tractatu secundo, Inuenimus Deum fidem, Audi Apostolum, Si Aug. 32. non credimus, ipse fidelis permanet, negare semetipsum non potest. Habetus ergo & fidem Deum; diligimus deum fidelem Deum à fidei homine: Fidelis homo est, credens promittenti Deo & fidelis Deus est, exhibens quod promisit homini. Teneamus fidelissimum debitorem, quia tenemus misericordissimum promissorum. Vnde debitorem? quia promissorum: Non dicitus Deo, Domine, reddet quod accepisti, sed reddet quod promisisti, C quoniam rectus est sermo Domini. Quid est, rectus est sermo Domini? Non te fallit, tu cum noli fallere, imò tu te noli fallere. Item Deus iurauit multa futura fore, & omne Dei iuramentum est necessarium adimplendum: Alins enim Deus posset perfurare, & cœs peritrus. Hoc idem pater per allegata superius ex Psalmo 88. & Augustinus ibidem; quod & videretur testari illud Psalmi 100. Iurauit Dominus & non penitebit eum: & illud Psalmi 131. Iurauit Dominus Dauidi veritatem, & non frustaribit eum cum vbi litera Augustini, Et non penitebit eum; Super quam sic ait, Quid est, iurauit? promissum per seipsum firmauit. Quid est, non penitebit eum? non mutabit. Cum ergo mutat opera sua per incommutabilem conditionem suum, propter ipsam non consilijs, sed operis mutationem penitere dicitur; hoc autem sic promisit, ut non mutaret, quomodo dicitur & illud; Iurauit Dominus, & non penitebit eum, Tunc sacerdos in triennum secundum ordinem Melchisedech: sic & hoc, quia ita promissum est ut non mutaretur, quia necessarium fuerit & permanatur, Dixit, Iurauit D Dominus Dauidi veritatem, & non penitebit eum. Ex fructu ventris tui ponam super fedem tuam. Item Esaie 14. Iurauit Dominus exercitum dicens, Si non vt putauit ita erit. Glossa Iurauit, id est, immutabiliter statuit; si non, &c. quasi diceret, aliter non potest fieri. Item Genes. 22. Dominus loquens Abrahæ, Per memetipsum, inquit, iurauit, quia fecisti rem hanc, &c. Benedic tibi, & multiplicabeo semen tuum, &c. Glossa super Iurauit, quia immutabiliter à Deo constitutum est, quod verbum in sacra Scriptura eodem modo expositum sepiissime reportur. Quare & Basilius concordanter super illud Luc. 1. Iurauit quod iurauit ad Abraham Patrem nostrum; Nemo, inquit, audiens quod iurauit, sit Dominus Abrahæ, ad iurandum sit promptus. Sicut enim furore deo dictus non significat passionem, sed punitionem; sic neque Deus iurat ut homo, sed verbum eius loco iuramenti nobis ad veritatem exprimitur, immutabili sententia quod promissum est approbans. Quam expositionem sat canonizare videtur Apostolus ad Hebr. 6. cum dicit, A Abrahæ promittens Deus, quoniam neminem habuit maiorem per quem iurauit, iurauit per seipsum dicens, Nisi benedicens benedicam tibi, & multiplicans multiplicabo te. Et sic longianimer ferens, adeptus est re promissionem: Homines enim per maiorem iurauant, & omnis controversia eorum finis ad confirmationem est iuramentum; In quo abundantius vobis lentes ostendere pollicitationis hæreditibus immutabilitatem consilijs tui interposuit inserviandum, ut per duas res immobiles, quibus impossibili est mentiri Deum, firmissimum scilicet habemamus, qui configimus ad tenetiam propositam spem quam habemus, sicut anchoram animæ totam ac firmam. Glossa, per duas res immobiles, id est, per promissionem & iuramentum. Quare & Hieronymus trigeminotio super Esaie, tractans illud Esaie 45. In memetipso iurauit, egredieatur de ore meo iustitia verbum, & non revertetur, quia mihi

Basilii.

Apostolus.

Glossa.

Hieronymi.

mihi curuabitur omne genit. Iurat, inquit, secundum Apóstolum, ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, firmissimam consolationē habeamus: veruntamen nullus propter hęc & huiusmodi iūspicetur, quod Deus aliter intrinsecè iuret, quam dicat simpliciter; aut quod iuramentum Dei intrinsecum sit firmius aut certius simplici verbo eius: Non enim est facilius Deum falso simpliciter dicere, quam iurare; quicquid etiam ibi est, bonum est; & qui quid etiam boni ibi est, infinita & summe ibi est, sicut praecedentē docērunt. Huc autem attestatur Glossa super illud Amosi. 6. Iurauit Dominus Deus in anima sua; Omnis, inquietus, sermo Dei pro iuramento debet accipi; & nostro more loquitur, non quod animam habeat sicut nos, sed nomine animalia affectus diuinæ voluntatis ostenditur: Iurauit ergo in sua voluntate. Cur ergo iurat Deus hominibus? Ut tarditatem & incredulitatem eorum misericorditer condescendens, ipsos more humano certificet & quietet. Item futura per Deum reuelata Prophétias antiquis, & prophetata per eos de necessitate euidentur. Alias enim nunc est possibilis ipsos vidile tantum falsa & vana, & solum talia prophetata, quare & nunquam fuisse Prophétas: nam secundum omnes cuiuslibet facte viros, illi soli Prophétæ dicuntur, qui vera procul fintur, sine præfatur: esterque nunc possibile antiquos videntes nunquam fuisse videntes sed ceteros; Qui enim Propheta dicitur hodie, olim vocabatur videns 1. Reg. 9. Antiquos Doctores veraces nunquam tales fuisse, sed seductores fallaces, qui habuerunt dignitatem præclaram & gradum eximium bonitatis, nunquam ista sed semper opposita habuisse. Quis enim ignorat digniorē & meliorem esse veracem fallaci, credentem verum quam falso? Quis enim non eligeret hoc præ illo? Ipsa namque veritas est dignior & melior falso, sicut & ostenditur triceimo quarto huius. Imo & quod videatur absurdius, ester nunc possibile antiquos Prophétas atque Apostolos, amicos Dei Sap. 7. & Iohann. 15. organa spiritus sancti; Ipse enim, ut dicit Symbolum Nicenum, locutus est per Prophétas, nec Apostoli loquebantur, sed spiritus Patris eorum loquebatur in eis: qui habuerunt dona eius preciaria, scilicet Prophétiam & discretionem spirituum 1. ad Cor. 12, nunquam tales fuisse, nunquam talia recepisse, sed fuisse organa illius spiritus mendacis in ore omnium mendaciorum Prophétarum. 3. Reg. 22. Spiritum quoque Sanctum non fuisse locutum quod fuit locutus, & non fecisse quod fecit. Item secundum istud est nunc possibile Esaïam in hoc, quod vidit verissimè sine deceptione quacunque, fuisse deceptum; & consequenter in hoc, quod bene meruit, mortaliter peccasse; & in hoc quod veraciter afferuit mentitum fuisse, sicut capitulum præcedens de Angelis plenius arguebat. Amplius si nunc sit possibile, veteres qui fuerunt Prophétæ videntes, & tales ac tales, taliaque & talia munera habuerunt, taliaque ac talia opera perfecerunt, tales non fuisse, nec talia habuisse, taliaque fecisse; est & correspondenter possibile, veteres qui non fuerunt tales, nec talia habuerunt, nec fecerunt, tales fuisse, talia habuisse atque fecisse; imo & qui opposito modo fuerunt, habuerunt, atque fecerunt, non si fuisse, habuisse, sive fecisse, tuisque habuisse atque fecisse sicut veri Prophétæ; quod D proculdubio permuratum cohererit, imo peruerit veros Prophétas, & eorum vera munera & opera in pseudoprophetas, & eorum falsa munera & opera, & è contra sicut tricesimo tertio huius plenius est argutum. Præterea tunc Prophétæ & Apostoli possunt fuisse decepti credendo falso de futuro, & hoc per Christum, & spiritum sanctum Dei. Dicit enim Apostolus ad Gal. 1. se accipisse & didicisse Euangeliū evangelizatum ab eo per revelationem Iesu Christi, qui & 1. ad Cor. 12. connumerat prophetiam inter spiritus sancti dona: Vnde 2. Petri 1. Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacit attentes, hoc primum intelligentes quod omnis Prophéta Scriptura propria interpretatione non sit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines, quod & tunc Ecclesia Catholica in Symbolo Niceno catholicè proficitur, dicens; Qui, scilicet Spiritus Sanctus, locutus est per Prophétas: Quomodo ergo Christus vocat se tantummodo veritatem Job. 14. & non etiam falsitatem? Quomodo etiam Deus & Christus scienter afferens falso de futuro in anima Esaïe vel Pauli, ipsumque decipiens, permanet veritas, & à fallacia & mendacio excusat, dicente Iohanne discipulo veritatis, Omnes ne mendacium ex veritate non est 1. Job. 2. Quare & Augustinus 83. questionem 14. Si, inquit, phantasma fuit corpus Christi, fefellerit Christus; & si fefellerit, veritas non est; Est autem veritas Christus, non igitur phantasma fuit corpus eius. Qui & de Agone Christiano, Nec eos, inquit, audiamus qui negant tale corpus Domini resurrexisse, quale possumus est in monumento: Si enim tale non fuisse, non ipse dixisset post resurrectionem discipulis, Palpate & videte, quoniam spiritus ossa & nervae non habet, sicut me videtis habere; Sacrilegium est enim credere Dominum Deum nostrum, cum ipse sit veritas, in aliquo fuisse mentitum. Si etiam potest afferere falso de futuro, cur non de præterito & præ-

A & præsentē, & quæcumque ac falsa notoria, sic mentiri notoriè & peccare, contra præhabita 30. secundi istius: Quomodo etiam, si sit ita, Spiritus Sanctus tantummodo dicitur spiritus veritatis, Job. 14. & non etiam spiritus falsitatis, spiritus inenarrabilis in ore omnium Prophetarum, 3. Reg. 22. ac spiritus veritatis & erroris, Esaïe 19? Quomodo etiam decet Deum iustum & verum decipere homines, maxime deuotissimos, & familiarissimos seruos suos, amantissimos, amantissimos amicos, & hoc sine culpa vel causa? Non sic sentit Augustinus super Psalm. 32. 88. & 83. questionem, 14. superioris allegatus; qui & 11. de Civit. Dei 12. Quis, inquit, hominum le in actione profectuque iustitiae persecutur usque in finem sci- at, nisi aliqua reuelatione ab illo fiat certus, qui de hac re iusto latenter iudicio non omnes instruit, sed neminem fallit? Quare & Papa Innocentius tertius, Iudicium, inquit, Dei veritan- tari, qua non fallit nec fallitur, semper innititur. Sapientissima quoque Sibylla sic ait, Exar. 1. Innocentius. Sibylla. get de stirpe Hebræorum nomine Maria, habens sponsum nomine Joseph, & procreabitur ex ea sine commixtione viri, de Spiritu Sancto Filius Dei, nomine Iesus; & ipsa erit virgo ante partum & post partum; qui vero ex ea nascetur, erit verus Deus, & verus homo, sicut omnes homines Prophétæ prædicti erunt, & adimplerit legem Hebræorum, & adiungeret sua propria in simul, & permanebit regnum eius in secula seculorum: indignatisque ac obijcientibus Sacerdotibus Hebræorum, respondit, O Iudei, necesse est ista fieri, sed vos non credetis in eum. Item Cassiodorus in prologo super Psalterium definit prophetiam hoc modo: Creditor. Prophetia est inspiratio diuina, quæ rerum eventus immobili vertit pronuntiat. Cui & concordat glossa Petri super Psalterium in prologo, sicut 25. primi plenius allegatur. Idem patet per autoritatem Augustini super Iohann. part. 2. homilia 62. seu 16. tonus, 27. huius tertii allegatur. Et ecce maior Augustino, ille dilectissimus discipulus veritatis, qui de ipso foarte, de pectori scilicet veritatis Euangeliū suum laus, qui dicit, cum tanta signa fecisset coram eis, non credebat in eum, ut sermo Esaïe Prophétæ impleretur, quem dixit, Domine, quis credit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaïus, Excoecavit oculos eorum, & induravit corda eorum, ut non videant oculis, & non intellegant cordis, & conuertantur, & faciant eos, Job. 12. Quod tractans Augustinus de bono persecutantibus 41. intelligit secundum supradictum literalem, Augustinus. vnde sic ait, In damnationis massa relisti sunt Iudei, qui non poterant credere, factis in conspectu suo, tam magnis clarisque virtutibus. Cur enim non poterant credere? Non tacuit Euangeliū dicens, Cum autem tanta &c. superius recitata. Qui & super Iohann. part. 1. homilia 53. idem exponens, Sic, inquit, dictum est non poterant, quemadmodum dictum est de Domino Deo nostro; Si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest: de omnipotente dictum est, non potest: sicut ergo quod Dominus negare seipsum non potest, laus est voluntatis diuinæ; ita quod illi non poterant credere, culpa est voluntatis hu- D manæ. Et si quis obijciat, quod Augustinus eadem homilia, eodem loco sic exponit, non poterant, id est, nolabant; & supra eadem: quare non poterant: quia nolabant, non obuiat intellectui præcedenti. Sacra namque Scriptura ex sua 1. secunditate mirabiliter habet multipli- profundi- tatem intellectum, sicut satis ostendunt omnes eius Catholicæ Tractatores. Veruntamen vide- tur expositio multum extranca, & à modo loquendi Scriptura, Doctorum, & vulgarium valde remota, exponere non posse per nos; ne Augustinus expresse ita exponit, sed dicit, Dicendum est non poterant, ubi intelligentiam est quod nolabant, & verum est quod nolabant: non tam evidenter consequitur hanc esse expositionem illius; sed ideo dicit quod intelligentiam est, quod nolabant, ut ostendat ipsos non credere voluntarie, non inuite, ideoque ipsos non credendo esse culpabiles, & peccare iuxta præmissa primo & decimo huius. Quare & immediate subiungit, Quemadmodum dictum est de Domino Deo nostro, Si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest: quia de omnipotente dictum est, non potest: sicut ergo quod Dominus negare seipsum non potest, laus est voluntatis diuinæ; ita E quod illi non poterant credere, culpa est voluntatis humanae. Vbi & innuit evidenter non posse accipi propriè & ad intellectum communem. At enim, sic dictum est non poterant, quemadmodum de Domino, negare seipsum non potest: quod accipitur propriè & ad intellectum communem; sic enim non potest negare seipsum, sicut nec mentiri. Cum autem dicit non poterant, quia nolabant, intelligit quod ex eorum voluntatibus meritis fierant excoecati; vnde opponendo & respondendo subiungit, Sed aliam causam, inquit, dicit Propheta, non voluntatis eorum. Quam causam dicit Propheta? Quia deitatis illius Deus spiritum compunctionis, oculos ut non videant, & aures ut non audiant, & exire oculos eorum; & induravit eorum cor; etiam hoc eorum voluntatem meruisse respondeo: sic enim exco- cat, sic obdurat Deus. Expositio tamen ista non videretur menti Euangelista congruere: ipse namque

namque nullo modo explicite, vel implicite illam causam a signat, sed istam, quia dixit Esaias, A Excepit oculos eorum &c. manifeste supponens quod prophetæ non posunt non impieri. Quamobrem aduentum quod Augustinus nequequam ibi definitiù, sed inquisitiue procedit. Vnde sic ait, Cum questione & buismodi in medium venerunt, quare autem sic, alius autem sic; quare ille Deo deferente & occatur, ille Deo adiuuante illuminetur, non nobis iudicium de iudicio tanti iudicis vspurans, sed contremiscentes exclamemus cum Apostolo; O altitudo divinitatum sapientie & scientie Dei! Quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & investigabiles vite eius! Vnde dictum est in Psalmo, Iudicata sunt multa abyssus; non ergo me trahet ad hanc penetrandam eternitatem, ad hanc abyssum discutendam, ad inscrutabilia perscrutanda expectatio vestre charitatis impingat; agnoscere modulum meum, sentire mihi video etiam modulum vestrum; altius est hoc incrementus meis, & fortius viribus meis, puto quia & vestris; simus ergo audiamus admonentem scripturam, atque dicentem, Altiora te ne querieris, & fortiora te ne scutatus fueris; non quia ista negata sunt nobis, cum Deus Magister dicat, Nihil est occultum quod non reuelabitur; sed si in quid pervenimus in eo ambulamus, sicut dicit Apostolus, Non solum quod nescimus & scire debemus, sed etiam si quid alterius sapimus, ita quoque Deus nobis reuelabit: peruenimus autem in viam frati, hanc perseverantissime regemus; ipsa perducet ad cubiculum Regis in quo sunt omnes thesaui sapientie & scientie & secundum. Ambulandum est, proficiendum est, crescendum est, ut sint corda nostra capaces carum terram quas capere modo non possumus: quod si nos ultimus dies proficientes invenire, ibi discerneremus quod hic non potuimus. Si quis autem istam questionem liquidius & realiter vobis se posse & confidit exponere, absit ut non sim parvior discere quam docere; vnde & apparet huius materia maxima difficultas. Huic autem Apostolo concordat & coapostolus Petrus, Iesum, inquietus, Nazarenum interemis, quem Deus suscitauit, solus de cœbus Inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo: David enim dicit in eum, Procedebam Dominum coram te semper, quoniam à dextris meis est ne commoueat: propterea hoc latatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiesceret in spacio annorum, non derelinques animam meam in Inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem: Non tamen fecisti vias vita, replebis me iunctitate cum facie tua, Act. 2. Et esse maior ambo bus qui ait, Non potest soli Scriptura, Ioh. 10, à quo & multa similia 27. verbi plenus allegantur; qui & Luc. 24, ait, Necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosis, & Prophetis, & Psalmis de me. Quod etiam prophetæ nec sicut implebuntur, testificarentur loca Scriptura dicentia, Hoc & illud factum est ut impleteur Scriptura, propheta seu sermo Prophetæ: si aportet seu oportuit impletari Scripturam, necesse est impleri Scripturam & similia; vede Matth. 1. Hoc autem totum factum est, scilicet incarnatione Iesu Christi, ut adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem, Ecce virgo in vice rebabit &c. Glossa, Prophetia alia est ex prædestinatione Dei, quam necesse est euenter in omnibus modis, ut sine nostro impleatur arbitrio, V ut hæc de qua hic agitur: alia est ex prædicta de Dei, cui nostrum ac miscetur arbitrium: alia est quæ comminatio dicuntur, quæ sit obligatio diuina animaduersionis, ut fugiant à facie arcus electi, & iuste pereant incauti; & vobis est ex præscientia, quia longè aliter præstitut quam futurum communiter; quam & per vobis eidem verbis recitat glossa Thomæ. Et infra 21. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem, Dicite filia Sion, Ecce Rex tuus venit ubi mansuetus, sedens super asinam & pullum filium subiugalis; & adhuc inferius 26. Para volenti Dominum capiendum defendere, ait, Converte gladium tuum, &c. An putas quod non possum rogare Patrem meum, & exhibebi modò nibi plusquam duodecim legiones Angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripturæ Prophetarum, quia sic aportet hec? Marci quoque 14. scribitur, Tanquam ad latronem existis cum gladijs, &c. Quotidie vero apud vos in Templo docens, & non me tenuit, sed ut adimpleretur Scriptura. Iesu Ioh. 19. dixerunt ad inuicem, Non sciodamus Eam, sed forsan de ea cuius sit, ut Scriptura impleteur dicens, Partiti sunt vestimenta mea, & in vestem meam miserunt sorores. In inferius, Ut consummaretur Scriptura, dicit, Sion. Amplius Luc. 24. O stulti & tardi! & de ad credendum in omnibus quæ loquuntur sunt Prophetæ! Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Et Ioh. 20. Nondum enim scribant Scripturam quia aportebat cum à morte resurgere. Beatus quoque Petrus Act. 1, dicit, Fratres, aportet implæ Scripturam quam prædictit Spiritus Sanctus per os Davidis de Iuda. Hoc autem verbum aportet, necessitatem importat; vnde Isidorus super illud Luce 24. Nonne hæc oportuit pati Christum, sicut allegatur in glossa Thomæ, sic ait, Sed si aportebat Christum pati, tanto quæ crucifixus erit fuit: non enim fatigebant perficere

Petrus.

Matth.

Marcus.

Iohannes.

Lucas.

Iohannes.

Petrus.

Isidorus.

A perficere quod Deus disponebat; unde & eorum executio fuit impia. Et ecce maior Isidorus Jesus Christus expōns, oportet, per necesse est; Hæc, inquiete, sunt verba, quæ loquuntur sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, scilicet in carne mortali, secundum Bedam, quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosis, & Prophetis, & Psalmis de me, Luc. 24. Quando autem fui cum eis in carne mortali dixi eis, oportere filium hominis misericordia pati atque resurgere, sicut patet Matth. 16. Marc. 8, & Luc. 9. & verisimile est quod non ratiū simpliciter hoc eis prædictit, sed & per Scripturas ostendit, sicut Lucas inquit manifeste: quare & Mattheus vbi prius, Coepit, inquit, Iesus ostendere discipulis suis, quia oportet filium multa pati, &c. & infra 9. ait illis, quomodo scriptum est in filium hominis ut multa patiatur; & Luc. 18. Assumit Iesus duodecim, & ait illis, Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis; Tradetur enim genitibus, &c. Quare secundum expositionem verissimam veritatis idem est oportere & necesse esse, quod etiam ex verbis suis Luc. 24. patet; O stulti, inquit, & tardi, &c. nonne hæc oportuit pati Christum, &c. & incipiens a Mose & omnibus Prophetis, &c. Et infra eodem, Necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Mosis & Prophetis, &c. Et adhuc inferius: Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas, & dixit eis, quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, &c. Apparer ergo evidenter quod alternatum & indifferenter pro eodem sensu vtiur illis verbis, & quod *versus sensus veraque intelligentia* Scripturarum est, quod omnes propheticas Scripturas de Christo oportuit necessariò adimpleri. Hoc ideo evidenter appetit per modum loquendi communem quasi omnium Prophetarum: predictum namque frequenter futura per modum præteriti, & sub verbis præteriti temporis, sicut ostendunt plurimæ prophetæ: quod ideo faciunt secundum expositionem Doctorum, quia ita certa sunt saltem apud Deum, & apud Prophetam, ac si essent præterita & iam facta: vnde Prophetæ Psalmi 3. in persona Christi, Ego, inquit, dormiū & soporatus sum, & exurrexi*. Soper quod Augustinus 17. de Civitate Dei 18. *Quis Doctor, inquit, quisquam ita delipit, ut credat velut aliquid magnum nobis indicare voleuisse Prophetam, quod dormierit, & exurrexit, nisi somnus iste mors esset, & euigilatio resurrectio, quam de Christo sic potuit prophetari? Nam & in quadragesimo multo manfestius id ostendit, vbi ex persona eiusdem Mediotoris more solito tanquam præterita narrantur quæ futura prænotabantur; quoniam quæ ventura erant, iam in prædestinatione & præscientia Dei velut facta erant, Inimici, inquit, mei dixerunt mala mihi, &c. Idem super illud Psalmi 43. Saluos enim fecili nos ex afflictionibus nos, &c. Hoc inquit figurā præteriti de futuro dicitur, sed ideo tanquam præteritum dicitur, quia tam certum est quasi factum sit. Intendite quare pleraque Prophetæ ita dicunt tanquam præterita sint, cum prænuntientur futura non facta. Nam & de ipso Domino futura passio prænuntiabatur, & tamen foderunt, inquit, manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea: non dixit, sedent & dinumerabant: Ipsi verò considerauerunt & conslexerunt me: non dixit, considerabunt, & aspiciunt: Diviserunt sibi vestimenta mea: non dixit, dividunt: Omnia ista tanquam præterita dicuntur, cum futura sint, quia Deo & futura tam certa sunt tanquam præterita sint; nobis enim ea quæ præterita sunt, certa sunt, & quæ futura, incerta sunt: nouimus enim aliquid accidisse, & non potest fieri, ut non accident, quod accidit. Da Prophetam, cui non tam certum sit futurum, quæcumque ubi præteritum, & quæcumque ubi quod meministi factum non potest fieri ut non sit factum; tam illi quod non sicut futurum, non potest fieri ut non sit. Vbi & Casiodorus, Tu solus, inquit, saluabis nos, & odientes nos confundes, ita videtur debere dicens; sed quoniam futurum ita certum est, sicut præteritum, quod non sicut non potest, dicit, saluasti, & confundisti. Item Augustinus exponendo titulum Psalmi 84. Canta, inquit, Prophetæ in futurum, & vtitur verbis quasi iam præteriti temporis; tanquam facta dicit, que futura erant, quia apud Deum, & quod futurum est iam factum est; ibi ergo Prophetæ videbant futura nobis, iam vero facta in illius prouidentia & prædestinatione certissima. Idem de Agone Christiano, Sic loquuntur Scripturae ut præteritum tempus pro futuro influent; sicut quod dixit Apostolus, quod simul nos sedere fecit in coelis, nondum factum est, sed quia certissimum est futurum, ut dictum est quasi iam factum sit. Idem de correptione & gratia 33. tractans illam autoritatem Apostoli ad Romanos cap. 8. Quos prædestinavit, hos & vocavit, &c. Non in omnibus, inquit, hæc facta sunt; adhuc enim vtique infinitem scilicet multi vocandi & iustificandi sunt, & tamen verba præteriti temporis posuit etiam de futuris rebus, tanquam fecerit Deus, quæ iam ut fierent, ex aeternitate disposita. Ideo de illo dicit & Prophetæ Esaias, Qui fecit quæ ventura sunt; futura ergo propria sunt apud

*tempus verus
factus
quam intel-
ligenda.*

*minus ful-
cepit me.
Augustinus.*

*Casiodorus.
Angustinus.*